NOUI
ECCLESIASTICO-SCHOLASTICI

ANNALES

EUANGELICORUM

AUGUST. ET HELUET. CONFESSIONIS

IN

AUSTRIACA MONARCHIA.

VOLUMEN PRIMUM

ANNI CIↃIↃCCXCIII. TRIMESTRE II.

SCHEMNICZII,
Typis Franc. Joan. Sulzeri reg. priu. typogr.
CIↃIↃCCXCIII.

PRAEFATIO.

Quo magis in votis habemus, ut lucubrationibus noſtris & proſimus & placeamus lectoribus: eo promtius illorum, qui ſingulis annalium noſtrorum tomis iconem celebris cuiuspiam viri praefigendam ſuaſerunt, accederemus ſententiae, niſi caro admodum chalcographi labore deterri-

ti, id omnino a nobis praeſtari haud poſſe, fateri cogeremur. Imago certe Fockiana, qua primus operis noſtri libellus ornatus eſt, quinquaginta nobis Rhenenſibus florenis venit. Et hanc quidem ſummam propriis adnumeramus expenſis. Neque tamen dubitamus, quin nobis futuro refundantur tempore: imo iam ipſe ille applauſus, quo tenues labores noſtros excipi, laeti cognoſcimus, eſt nobis gratiſſimum ampliſſimumque laboris noſtri praemium. Ceterum, qui annunciationem annalium ſuperiore anno publicatam legerunt, memine-

runt,

runt, nos icones unicuique ſaltim volumini, non vero ſingulis praeponendas tomis, promiſiſſe. Qui praeterea nuncium noſtrum, cum iam editis in lucem duobus prioribus libellis comparauerint diligentius, facile animaduertent, quaedam adhuc in opere noſtro deſiderari. Sed prudentia ſuaſit, aut differre tantisper in tempus magis opportunum quaepiam, aut rerum quarundam ne mentionem quidem facere. Nonnulla etiam, quorum nobis amici copiam fecerunt, deprehendimus, quae ultro libenterque in medium adduxiſſemus,

niſi rationes eaedem haud leues, nobis vel ad tempus aliquod, impoſuiſſent ſilentium.

Quod reliquum eſt, ex animo precamur, ut coeptis noſtris propitium adſpiret Numen, TEque, lector beneuole, longiſſimo tempore ſalvum ac ſoſpitem praeſtet. Dabam Ipſis Calendis Martii. CIↃIↃCCXCIII.

I.

Nonnulla

Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarico-Aulici Intimata ad rem euangelicam spectantia.

I.

INTIMATUM

Pridie Iduum Febr. MDCCXCIII. ad universos Regni Hung. Comitatus emanatum.

Illustrissimi, Reuerendissimi, Spectabiles ac Magnifici, Perillustres item ac Generosi Domini, nobis obseruandissimi!

3045.

Postquam Repraesentationes nonnullorum Comitatuum circa Intimatum Circulare Consilii huius Regii Locumtenentialis sub 25. Sept. 1792. & Nro. 21098. expeditum submissae, benigno obtutui Regio substratae fuissent, dignata est sua Maiestas Sacratissima, quoad obiecta praecitati

tati Circularis Intimati, Benignam mentem ſuam Regiam ad obſeruantiam & effectum legum directam ſequentibus clementer declarare; quoad proles e mixtis matrimoniis progenitas, quaenam ex his in qua religione educari debeant, exſtat alioquin clara proviſio in §. 5. art. 26. 1791. quam pro futuro ad amuſſim obſervari iubet, ſua Maieſtas Sacratiſſima, ſi quae Proles, Catholice educandæ, in fide Catholica non educarentur, occurrentes eiusmodi ſpecificos caſus & impedimenta circa talem educationem ſubuerſantia, ſibi repraeſentari ut vi ſupremae legum executiuae poteſtatis Suae Maieſtati Sacratiſſimae competentis remedium fieri poſſit.

Quod autem quaeſtionem de vigore Reuerſalium de Prolibus in religione Catholica educandis datarum obmotam attinet: antequam circa certam generalem normam, de his, ſi neceſſarium videbitur, praeſcribendam, alteſata Sua Maieſtas Sacratiſſima poſitiuam Reſolutionem elargiatur, eas de caſu in caſum, una cum Reflexionibus reliquorum etiam Comitatuum, ac tum Catholicorum, quam & Euangelicae Confeſſioni addictorum, via Conſilii huius Locumtenentialis, pro altiſſima deciſione ſigillatim ſibi demiſſe exhiberi; demum

Quoad

Quoad Tranſitum a religione Catholica ad Euangelicam diſpoſitionem art. 26. 1791. obſeruari, adeoque ſpecificos eiusmodi caſus ſibi referri, & Benignae Deciſioni Regiae ſubſterni clementer praecipit.

Quam proinde Benignam Reſolutionem Regiam, ipſis Regni legibus ac Iuribus Regiis, & executiuae poteſtati Regiae innixam, Conſilium hoc Locumtenentiale Regium, Praetitulatis Dominationibus Veſtris pro ſui directione & obſeruantia, atque fine publicationis ſuo modo inſtituendae, hisce de Benigno Iuſſu Regio intimandum eſſe duxit. Peſthini. dd. 12. Febr. 1793.

Leopoldus Palatinus
m. p.

Beneuolus,
ad officia paratiſſimi,
Franciſcus Skerlecz. m. p.
Matth. Nitray. m. p.

II.

Ad Perillustrem Dominum, Georgium Tokody, Regium Studiorum per Districtum Literarium M. Varadiensem Pro-Directorem.

23697.

Sacratissimae, Caesareae & Regio-Apostolicae Maiestatis Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici nomine, Perillustri Domino, Georgio Tokody, Regio Studiorum per Districtum Literarium M. Varadiensem Pro-Directori, ex officio decretandum: Relatione Praetitulatae Dominationis Vestrae in merito introducendae in oppido Szaruas Scholae Industrialis Oeconomico-Practicae per Samuelem Theschedik proiectatae horsum praestita, Suaeque Maiestati Sacratissimae substrata, Eadem sua Maiestas Sacratissima clementer intimare dignata est, ut antequam hoc in merito positiuam Resolutionem Regiam elargiatur, Samuel Theschedik eo inuiandus sit, ut Idem totam quantam Institutionis suae Practico-Industrialis methodum, una cum ipsis eo pertinentibus analogis studiorum obiectis in scriptum redi-

redigat, ac opus hocce ſuae Maieſtati Sacratiſſimae ſubſternendum, via Praetitulatae Dominationis Veſtrae, Conſilio Locumtenentiali Regio transmittat, porro quoad deſideratam partem Praedii Kondoros, ipſemet cum Dominio Terreſtrali & Communitate Szaruaſſienſi Tractatum ineat; quod vero ad petitam 5490 fl. ſummam pro fundo Inſtituti reſoluendam adtinet, uberius in Specifico liqu'det, pro qualibusnam Inſtrumentis & Productis, quo pretio comparandis, praeattactae ſummae neceſſitatem habeat? denique quoad cocturam ſodae, reflectendum eum eſſe, quod eatenus alii in Comitatu Bacsienſi, Priuilegio excluſiuo prouiſi iam ſint.

De his itaque, altiſſimae Reſolutionis punctis, Praetitulata Dominatio Veſtra praefatum Samuelem Theſchedik actutum edocendum, atque accepta eiusdem uberiore declaratione, relationem ſuam, horſum illico ſubmittendam habebit. Ex conſilio Regio Locumtenentiali Hungarico Budae dd. 26. Oct. 1792 celebrato.

Comes Carolus Zichy m. p.

Antonius Iohn. m. p.

III.

III.

Ad ſenatum ciuitatis liberae, regiae ac montanae Neoſolienſis.

24144.

Prudentes & circumſpecti, cet.

A duolutus libellus, cui titulus: Agenda Eccleſiaſtica Slauonica A. C. addictorum, Neoſolii, A. 1789. impreſſus, Ciuico huic Magiſtratui, eo cum mandato erga remiſſionem transmittitur, ut originale Manuſcriptum huius libelli, in cuius fine, ly „ *imprimatur*, per concernentem Reuiſorem adſcriptum fuit, ſibi exhiberi faciat, horſumque ſubmittat, caſum vero in illum, ſi quaeſtionatum opuſculum tantum Neoſolii A. 1789. reimpreſſum fuiſſet, relationem praeſtet, in qualinam typographia prima huius libelli editio impreſſa fuerit. Ex conſilio Regio Locumtenentiali Hungarico, Budae 26. Oct. 1792. celebrato.

Eorundem

Leopoldus Palatinus m. p.
Beneuoli
Franciſcus Skerlecz, m. p.
C. Georgius Sigray, m. p.

VI.

IV.

Ad I. ac V. Auguſtanae Confeſſionis Montanam Superintendentiam.

27819.

Sacratiſſimae, Caeſareo-Regiae & Apoſtolicae Maieſtatis Conſilii Regii Locumtenentialis Hungarici nomine: Superintendentiae Auguſtanae Confeſſionis Montanae, Iſthic erga remiſſionem adnexum opuſculum, cui titulus: Agenda Eccleſiaſtica Auguſtanae Confeſſioni Addictorum: eo cum mandato hisce transponitur, ut illud tanquam necdum in ſua forma reuiſum, in conformitate articuli 26. 1791. per cenſores ibidem conſtitutos reuideri faciat, ac dein ulteriorem relationem ſuper eo horſum praeſtet: an non quaepiam in eodem opuſculo ſcommata contineantur? aut talia inibi Religioni Catholicae principia, quae Eadem non profitetur, appingantur.

Comes Ioſephus Haller. m. p.

Ex Conſilio Regio Locumtenentiali Hungarico dd. 7. Dec. 1792. celebrato.

Ioſephus Fodor. m. p.

II.

RATIO INSTITUTIONIS SCHOLAE A. C. SCHEMNICIENSIS.

(Ex literis Pridie Nonarum Decembris anno superiore ad nos datis.)

Non licet nobis academiarum more semestria tempora disciplinis tradendis praefigere, partim, quod pauciores Docentes habeat schola euangelica Schemnicienſis, partim quod varietate suos delectare discipulos velint magistri, partim, quod impedimenta varia, saepe improuisa imperfectam redderent ita constrictam institutionem. Sed id agunt dignissimi scholae huius praeceptores, ut quisque suae classi adsignatas, quam possit breuissimo tempore finiat. Itaque hic nonnisi ea enumeranda sunt, quae doceant.

Tradantur in I. & II. classe, hoc quidem tempore, *theologia moralis*, *Hebraea*, *Graecaque* lingua; explicatur *epistola* ad *Romanos*; instituitur iuuentus in *rhetorica*, *historia uniuersali*, *physica*, *metaphysica*, *poëtica*, *encyclopaedia*, atque in intelligendis *officiis Ciceronis*, atque his classibus praeest, vir clarissimus literatissimusque *Michael Iároſſy*, scholae rector & professor.

In

In claſſe ſyntaxiſtarum, docente clariſſimo viro, *Samuele Fogler*, traditur *theologia*, *ſyntaxis*, *hiſtoria ciuilis*, *Hungariae*, ex *hiſtoria naturali* regnum minerale, *geographia*, *arithmetica*, *geometria*, *phyſica*, *proſodia*, *antiquitates Romanae*, *oeconomia*, *ius naturae*, *logica*, & explicatur *chreſtomathia*.

In claſſe grammatiſtarum, docente praeſtantiſſimo viro, *Samuele Szladkay*; *doctrina chriſtiana fidei & morum*, *grammatica* latina & *germanica*, *hiſtoria ciuilis*, *naturalis*, *Hungariae*, *geographia*, *arithmetica*, uſque regulam trium, *mythologia*, *caligraphia*, *orthographia*, & explicatur Gedikius.

In claſſe donatiſtarum, docente praeſtantiſſimo viro, *Andrea Szluchouiny*, *religio*, *lingua latina*, *germanica*, *hiſtoria regum Hungariae* Auſtriacorum, *arithmeticae* quatuor priores ſpecies, *hiſtoria ſacra*, caligraphia, & orthographia.

In claſſe legentium, docente praeſtantiſſimo viro, *Michaële Bernouits*, *alphabetum*, *catecheſis*, *dicta biblica*, *nouum Teſtamentum*, *hiſtoria biblica*, quaedam ex *hiſtoria naturali*; *arithmeticae* tres priores ſpecies, *doctrina morum*, *declinationes*, *caligraphia* & *orthographia*.

At-

Atque in his excelluerunt prae ceteris

In claſſe prima, inter diſcipulos quadraginta tres: Paullus *Bakay*, Ioannes *Bakay*, Békeſſienſes; Iacobus *Dorkouitz*, N. Hontenſis; Alexander *Dubniczky*, Trenchinienſis; Andreas Theophilus *Fitte*, Neogradienſis; Ioannes *Horkay*, N. Hontenſis; Andreas *Longauer*, Barſienſis; Georgius *Rohony*, Thuroczienſis; Michaël *Schimka*, Barſienſis; Matthaeus *Skolnik*, Thuroczienſis; Ioannes *Szoczouszky*, Thuroczienſis, Ioannes & Andreas *Viſsny*, Liptouienſes.

In claſſe ſecunda, aeque inter diſcipulos quadraginta tres: Samuel *Folkusházy*, Bekeſſienſis; Iacobus *Gály*, Zolienſis; Michaël *Gegus*, Zolienſis; Nathanaël *Ieſſenſky*, Thuroczienſis; Daniel *Kanka*, Zolienſis; Matthias *Kisfaluzyi*, Barſienſis; Samuel *Klein*, Schemniczienſis; Ioannes *Paior*, Nagy-Hontenſis; Georgius *Ruttkay*, Peſtienſis; Georgius *Schuska*, Nagy-Hontenſis; Ioannes *Tomka*, Thuroczienſis; Ioannes *Tomka*, Bacsienſis.

In claſſe ſyntaxiſtarum inter quadraginta duos diſcipulos: Martinus *Klein*, Peſtienſis; Samuel *Stech*, Neogradienſis; Ioannes *Czipſzer*, Barſienſis; Ioannes *Kelecsényi*, Nagy-Hontenſis; Dauid *Ieszenszky*, Thuroczienſis; Ioannes *Ruttkay*, Peſtienſis; Michaël *Lauconides*, Peſtienſis.

In classe grammatistarum inter discipulos sexaginta & unum: Ioannes *Blaskovicz*, Nagy - Hontensis; Ioannes *Baligha*, Schemniciensis, Samuel *Kardos*, Zoliensis; Theophilus *Heüsler*, Schemnicensis; Samuel *Molitoris*, Zolienfis; Samuel *Morgenstern*, Schemnicienfis.

In classe donatistarum inter quinquaginta quatuor: Georgius *Petrouits*, Nitrienfis; Michaël *Adamcsik*, Nagy - Hontenfis; Ioannes *Záhradnik*, Schemnicienfis; Georgius *Csecsetka*, Schemnicienfis; Samuel *Bende*, Nagy - Hontenfis.

In classe legentium inter quadraginta tres: Samuel *Enderlein*, Ioannes *Priviczky*, Paulus *Pischl*, Samuel *Veigel*, Schemnicienfes.

III.

EXAMEN SCHOLAE NEOSOLIENSIS.

I.

MATERIA TENTAMINIS,

quod ex traditis sibi superiori semestri disciplinis iuuentus ordinis primi & secundi in gymnasio A. C. Neosolienfi IV. Cal. Martii subiuit.

I. Communes utrique ordini discipulorum traditae disciplinae:

1, ex theologia dogmatica, libri secundi pars prior, miseriam generis humani exponens tota; partis item secundae, quae de restitutione generis humani ait, Caput I. historiam Iesu tractans, & capitis II. locus primus de iustificatione.

2, Hanc consequebantur specimina ex lingua Graeca atque Hebraea;

3, historiae ecclesiasticae periodus I. usque Constantinum M.

4, historiae naturalis, regni animalis IV. posteriores classes;

5, ex arithmetica uniuersali, de potentiis, rationibus & proportionibus, nec non fractionibus;

6, ex geometria, planimetria tota;

7, historiae Hungariae, praemissa geographica cognitione vetus reipublicae ratio, & nouae periodus prima;

8, ex latinis classicis auctoribus explicatae sunt Suetonii vitae Caesarum & aliquot Odae Horatii.

Singulis propriae:

1, Classi secundae: institutionum stili pars prior.

2. Classi primae: ex psychologia, de facultate cognoscitiua.

II.

Qui adolescentes excelluerint prae ceteris?

Praecipuam inter ſeptemdecim diſcipulos plerosque nobiles meruerunt laudem: Samuel *Bodo*, nobilis; Ladiſlaus *Szent-Iuanyi*, nobilis; Carolus Alexander L. Baro *Rüdt*; Martinus *Gyluſz*; Franciſcus *Spilenberg*, nobilis; Ioannes *Szigethy*, nobilis; *Hliway*; Georgius *Michlian*; Ioannes Fridericus *Oſzterlamm*.

III.

RATIO EXAMINIS.

Tantum ſcimus, quantum memoria tenemus.

Hanc legem magiſtri temporum ſuperiorum in adultiori etiam iuuentute inſtruenda, cum ſummo ſolidae cognitionis detrimento ſequuti ſunt. Quam etſi, recentiorum plerique viri ſcholaſtici, aut omnino, ſed male, reiecerunt; aut rectius terminarunt ita, ut praecipuam curam intelligentiae nexus & uſus dogmatum commendatum ſibi intelligerent: in examinibus tamen publicis illius regulae potiſſi-

ma hucdum videtur haberi ratio. Ita scilicet plerumque comparata esse videntur, ut dum maxime laudantur, Professoris, qui quaestiones instruit, & de materiis disputat, intelligentiam, discipulorum fere memoriam testentur.

Quaestionem ex materia pertractata apte instruere, rite terminare, eadem mox generaliori diutius occupare, mox strictiori breuiorem exigere responsionem, ab aliis ad alia, ostenso nexu, transire: haec vero uti sunt difficillima, ita clarissimum exhibent testimonium, eum, qui probabili ratione cuncta haec praestare possit, haud inuita minerua subsellia scholastica occupasse, nec in intelligentia solum, sed in facultate etiam distincte cogitandi & loquendi profecisse. Quare merito probanda videtur methodus scholae huius rectoris & professoris, *Adami Dauidis Lovichii*, viri clarissimi ac literatissimi, qui ipsos discipulos, ut quisque videbatur aptissimus, de laudatis disciplinis differere, ceterosque commilitones suos examinare iussit. Ipse ordini solum modo attendebat; quaestiones, si quae non recte instruerentur finiebat, atque corrigebat. Quod negotium tanto procedebat felicius, quanto maiorem facultatem in arte ardua repetitionibus priuatis, quas toto semestri, ante publicas horas haberi iusserat, sibi para-

parauere. Qua ratione hoc etiam conſequutus eſt, ut quantum ſecus in examinibus publicis profeſſor ipſe diſputatione ſua extrahit temporis, tantum hic audiendis diſcipulis transmitteretur.

Alium errorem in examinibus publicis, feliciter, digniſſimus ſcholae huius rector, detexit illum, quod facultas dicendi aut omnino negligatur, aut ad ſummum duo, aptiores? an ditiores, nobilioresue? declament orationes plerumque longiores, quod in frequenti iuuentute in ceteros adoleſcentes fere iniurioſum eſſe videtur; conſilio vero, ſiue explorandae facultatis, ſiue acuendo animorum nobilis gloriae ſtudio, parum reſpondet; ceteris autem diſciplinis temporis ſubtrahit tantum, quantum per auditorum impatientiam *) vix reſtitui poteſt. Quapropter ſapienti, eximius ſcholae huius moderator, Cl. Louich, ut exiſtimamus conſilio, declamationes a publicis examinibus abſtraxit, relicta tamen ſuccincta ſalutatione & gratiarum actione, non quod grauiſſimam artem omnino negligeret, ſed ut huic quidem alio tempore atque inſtituto magis

*) Ex animo optamus, ut maecenates patriarum ſcholarum patienti eademque frequentiori praeſentia ſua, examina ſtudioſae iuuentutis condecorare, atque hac etiam ratione iuuentutem, ad ſtudia diligentius tractanda, excitare haud grauentur.

accomodatam & consilio suo, & varietati generum dicendi pararet occasionem; nunc autem & patientiae maecenatum subueniret, & ceteris disciplinis tribueret taurum, quantum satis esset singulorum discipulorum explorare profectus. Actum scilicet oratoricum & musicum bis singulis annis habendum constituit. Cui instituto occasionem illi dedit festus dies S. Gallo sacer, qui in diem XVII. Cal. Nou. incidit, & qui, hic loci, delatis ab antiquitate nugis puerilibus celebrabatur. His paruulorum moribus accomodatis & relictis pro adultioribus ludos, qui cum voluptate & iucunditate, utilitatem quoque coniungerent, meditatus, certamen iuuenibus edixit ingenii & eloquentiae, in quo singulis facultas fieret, in lingua latina, hungarica, slauonica, & germanica, ex delectis expetitisque a Magistro suo, orationes declamandi, res gestas narrandi, poëmata recitandi &c. Sunt nobis inter studiosos literarum iuuenes musici complures, qnorum numerum magistri musices augent, & actum moderantur. Hae vices declamationis, recitationis & concentus musici, dici vix potest, quantum & auditoribus afferant voluptatis & certantibus addant animi. Applausus oratori, si meruit, a circumstante corona cum vexillo & tympano minoris iuuentutis excipitur, reddi-

turque

turque ingenti clamore, fuſco tympani ſono mixtum, VIVAT! Vox multitudinis minutae incondita in muſicis conquieſcit numeris, adcommodatis & quaſi animos praeparantibus ſequenti orationi.

IV.

CONSPECTUS

ECCLESIARUM EUANGELICARUM A. C. earumque V. D. Miniſtrorum, cantorum organoedorum; ſcholarum item, harumque moderatorum I. ac V. diſtrictus montani.

IV.

SENIORATUS BARSIENSIS.

Senioralis *Inſpector*: Spectabilis ac Perillustris Dominus, *Ladiſlaus Soos*, complurimum inclytorum comitatuum tabulae iudiciariae aſſeſſor.

Senior: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Chriſtophorus Anders*, eccleſiae euangelicae Cremnicienſis nationis germanicae, verbi DEI praeco.

ECCLESIAE

in hac prouincia reperiuntur quatuor, quarum

1. *Cremnicii.*

Loca affiliata: Legentel, Windiſchdorf, Schuabenhof, Blaufuſz, Koneshay, Glofehay, Ober Thurtz.

V. D. M: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Chriſtophorus Anders*, nationis germanicae verbi diuini miniſter & paſtor primarius: admodum item reuerendus vir, *Stephanus Stamminger*, nationis Slauicae verbi DEI praeco.

Rector & profeſſor ſcholae Cremnicienſis: clariſſimus ac doctiſſ. vir, *Stephanus Komáry*; docet ſyntaxim & grammaticam.

Collegae: viri praeſtantiſſimi, *Ioannes Thebus*, cantor & organoedus Germanorum, claſſi donatiſtarum praefectus; *Andreas Stur*, cantor & organoedus Slavorum, inſtituit iuuentutem claſſis minimae, utriusque nationis; *Auguſtinus Paliſch*, ſuccentor & praeceptor puellarum.

2. *Nagy Szelesény.*

Loca adiuncta: Perlepp, Nemcsény, Kis-Falu, Mártony-Falu.

V. D. M: vir adm. reu. ac doctiſſ. *Andreas Bende.*

R. C. & O: vir humaniſſ. *Porubszky.*

3. *Ne-*

3. *Nemes-Koſztolány.*

Loca adiuncta: Alſó-Kemenecz, Felſó-Kemenecz, Nagy-Ugrótz, Nitra Szégh, Pas'ith, Szomor-Falu, Nauaiácz, Koſztolna-Falu, Diuék-Rudna, Kis-Próna.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſ. *Andreas Koncsek.*

Rector, cantor & org: vir humaniſſ. *Abrahamus Vanouics.*

4. *Fako-Vezekény.*

Loca adiuncta: in comitatu Strigonienſi, Farnad; in com. Comaromienſi, Kolta, Csúſz, Perbette; in Nitrienſi, Csernok, Deregh, Mártony-Falu; in Barſienſi, Faj-Kürth, Baracska, Iny, Lók, Endréd, N. Salló, Szódó, Zſélifs, cum allodiaturis, Belſe, Tohöly, Mohi, Maros-Falu, N. Kálna, Kis-Szetse, N. Szetse, F. Pél, Varad, Baika, Hólubny, Veſzele, N. Töre, Nagyad, Garam-Mikula, Garam-Kis-Salló, Kis-Mánya, N. & Kis-Lóth, Garam-Vezekény. In omnibus his pagis, ſunt Euangelici A. C. partim Catholicis, partim Reformatis mixti.

V. D. M: vir admod. reu. ac clariſſimus *Ioannes Boſzák.*

R. C. & Org: vir humaniſſimus *Daniel Csaplouics.*

Leuitae ſic nuncupati munere defungitur Farnadini, vir praeſtantiſſimus, *Ioannes Deuoſſa.*

V.

SENIORATUS PESTANUS.

Senioralis *inſpector*: Spectabilis ac Perillustris Dominus, *Balthazar Pongrácz*, de Szent-Miklós & Ouár, eques auratus, & complurium inclytorum comitatuum tabulae iudiciariae aſſeſſor.

Senior: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Molnár*, coetus Peſtano-Budenſis ſacrorum euangelicorum miniſter.

Prouincia haec numerat coetus viginti & unum, quorum

1. *Csöuárini.*

Loca adiuncta, praeter Penczinum nulla.

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſimus, *Matthias Ambroſius*, vulgo *Dureus.*

R. C. & Org: vir humaniſſimus, *Martinus Tablitz.*

2. *Atsae.*

Loca adiuncta: Kürth & Püspök-Hatuan.

V. D. M: vir adm. reu. ac clariſſ. *Stephanus Deluk*, venerabilis Senioratus Peſtienſis Decanus.

R. C.

R. C. & Org: vir humaniſſ. *Ioannes Poleukouits.*

3. *Tóth-Györk.*

Loca affiliata: Uifalu & Kis-Némedi.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Bentzúr.*

R. C. & Org: vir humaniſſimus. *Ioannes Brocken.*

4. *Domony.*

Locus Filialis, Zsidó.

V. D. M: vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Tonſoris.*

R. C. & Org: vacat.

5. *Aſzód.*

Loca affiliata: Héuiz-Györk cum oratorio, Iklad, Héuiz, Györk, Bagh.

V. D. M: vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Daniel Bardnyi.*

R. C. & Org: *Ioſephus Kadaſſy*, vir praeſtantiſſimus, qui *Lincenium* virum humaniſſimum collegam habet.

6. *Csomad.*

Loca Filialia: Fóth, Mogyorod, Szada, Botthyán, Sz. Miklós, Rátó, Dunaköz, Monoſtor, Vörös-Egy-Ház.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Georgius Záborszky.*

R. & C: *Ioannes Brádek*, vir humaniſſimus.

7. *Czin-*

7. *Czinkota.*

Loca Filialia: Csömör, cum oratorio, Csik-Tartsa cum oratorio, Kereſztúr cum oratorio, Palota, Kerepes, Kis-Tartsa, Rákos-Csaba,

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Georgius Ribay*, venerabilis Senioratus Peſtani decanus.

R. C. & Org: vir humaniſſimus, *Georgius Iantsouitz*, cui per filiales adiuncti ſunt viri humaniſſ. *Matthias Kouáts*, praeceptor Csömörienſis, *Petrus Záborſzky*, Csik-Tartsenſis, & *Emericus Iamriſchka*, Kereſztúrienſis.

8. *Peſtinum.*

Locus affiliatus eſt Buda, Hungariae metropolis.

V. D. M: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Molnár*, Senior.

C. & Org: *Antonius Seyfried*, vir praeſtantiſſimus.

9. *Maglod.*

Loca Filialia: Pétzel, Vetsés.

V. D. M: vir pl. reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Hrdlitska*, Con-Senior.

R. C. & Org: vir humaniſſ. *Andreas Sinkouits.*

10. *Péteri.*

Loca Filialia: Mende, cum oratorio, Monor, Vaſſad, & Bille.

V. D.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Georgius Füredi*, Senioralis Fiſcus.

R. C. & Org: vir humaniſſ. *Paul. Frcska.*

11. *Bényc*,

Loca affiliata: Gomba, Káua, Pánd,

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſ. *Samuel Iacobaei.*

R. C. & Org: vir humaniſſ. *Klein.*

12. *Tápio - Szent - Mártony.*

Loca Filialia: Szele & Czegléd cum oratoriis, Bitske, Almás, Fámos, Sz. Màrtony - Káta.

V. D. M: vir adm. reuerendus & clariſſ. *Stephanus Koloſuáry.*

R. & C: vir humaniſſ. *Paul Iantsouitz.*

13. *Irsa.*

Loca affiliata: Ketskemét cum oratorio, Bertzel, Mikabuda, Nagy - Kóuesd.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Paullus Bartholomeides*, venerabilis Senioratus decanus.

R. & C: vir humaniſſ. *Laurentius* Ördög.

14. *Albert.*

Adiunctum ſibi habet *Nagy - Köröſinum.*

V. D. M: vir adm. reuerendus, ac cl. *Samuel Gegus*, ven. Senioratus orator.

R. C. & Org: *Ioannes Clementis*, vir humaniſſimus.

15. *Pilis.*

15. *Pilis.*

Loca affiliata: F. & A. Nyéregy-háza, Vatya & Dinos.

V. D M: vir adm. reuerendus ac cl. *Paullus Teſchlák*, venerabilis Senioratus Notarius.

R. C. & Org: vir humaniſſimus, *Gabriel Gegus.*

16. *Gyon - Dabas,*

Loca affiliata: Dabas, Ócsa, A. Némedi, Elló, Baracs, Adacs.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac cl. *Stephanus Kálmár.*

R. & Cantor: vir humaniſſ. *Ioſephus Simkouits.*

17. *Apoſtagh.*

Locus affiliatus: Dunauetse.

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſimus, *Paullus Zelenka.*

R. & Cantor: *Ioannes Ianouſzky*, vir humaniſſimus.

18. *Egy - Ház.*

V. D. M: vir admod. reuerendus ac cl. *Samuel Hainoczy.*

R. C. & Org: vir humaniſſ. *Pétsi.*

19. *Kis - Harta.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac cl. *Ioannes Fabriczy.*

R. C. & Org: vir humaniſſimus, *Nicolaus Büſch.*

20. *Kis -*

20. *Kis - Körös.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Clementis.*

R. & Cantor: vir humaniſſimus, *Michael Krnúch.*

21. *Vadkert.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſimus, *Daniel Zubek.*

R. & Cantor: vir humaniſſ. *Fridericus Störk.*

Obſeruationes.

1. Slauico ſaltim ſermone pro coucione dicitur in eccleſiis quindecim, videlicet: Csö - várini, Atsae, Tóth - Gyórkini, Domonyini, Czinkotae, Maglodini, Péterini, Bényae, Irsae, Albertini, Piliſini, Gyon - Dabaſſini, Apoſtaghini, Egy - Házini & Kis - Köröſſini.

2. Slauico - Hungaricae eccleſiae ſunt duae: Csomadienſis, videlicet, & Tápio Szent - Mártonyenſis.

3. Slauico - Germanica eſt una, Aſzodini.

4. Slauico - & Hungarico - Germanicae ſunt duae: Peſtini & Vadkertini.

5. Germanica una: Kis - Hartae.

6. Nouis eccleſiis adnumerantur quatuor, utpote: Péterienſis, Csomadienſis, Peſtana, & Tápio - Szent - Mártonyenſis.

VI.

VI

SENIORATUS BÉKES-ARAD- & TEMES-TORONTALIENSIS.

Inſpector Senioralis: Spectabilis ac Perilluſtris Dominus, *Carolus Földváry* de Eadem, complurimum inclytorum comitatuum tabulae iudiciariae aſſeſſor, &c.

Senior: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus *Ioannes Simonides*.

Conſenior: vir plurimum reuerendus ac cl. *Andreas Gyurtsek*, V. D. Miniſter Csabenſis.

Inſpectores decanales: in comitatu Békeſſienſi, Perilluſtris ac Generoſus Dominus, *Ioannes Szigethy*, inclytae familiae Podmaniczkyanae prouiſor; in Banatu vero, Perilluſtris ac Generoſus Dominus, *Samuel Ioob*, inclyti comitatus Torontalienſis tabulae iudiciariae aſſeſſor.

Decani: viri admodum reuerendi ac clariſſimi, *Samuel Teſchedik*, V. D. Miniſter Szaruaſſienſis; *Daniel Zacharides*, V. D. Miniſter Berényienſis, uterque in comitatu Békeſſienſi; in comitatu vero Torontalienſi, *Emericus Wagner*, V. D. Miniſter Tóth-Sztamorienſis.

Notari-

Notarius Senioralis: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Michael Miletz*, V. D. Miniſter Csabenſis.

Aſſeſſores conſiſtoriales: *ex ordine equeſtri*, Sp. Perilluſtres ac Generoſi Domini, *Petrus Horuáth*, inclyti comitatus Torontalienſis ordinarius Notarius; *Tobias Maſzniczius*, poſtae Regiae magiſter Csabenſis; *Andreas Horuáth*, poſtae Regiae magiſter Komloſſienſis; *Petrus Mártony*, taxae dominalis perceptor ſeu exactor; *Ioannes Szigethy*; & *Samuel Ioob.*

Ex ordine item eccleſiaſtico, viri admodum reuerendi, ac clariſſimi, *Daniel Boczko*, V. D. M. Szaruaſſienſis; *Georgius Sextius*, V. D. M. Komloſſienſis; *Franciſcus Ieſzenſzky*, V. D. M. Aradacsenſis in Banatu; & *Ioannes Hermann*, V. D. M. Lieblingenſis in Banatu.

Fiſcus Senioralis: vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Zacharias Oertel*, V. D. M: Berényenſis.

Orator Senioralis: vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Hermann* V. D. M. Lieblingenſis.

Eccleſias Senioratus hic numerat duodecim, quarum priores quinque ſunt in comitatu Békeſſienſi; duae in Aradienſi; duae in prouincia Banatica

Torontalienſi, tres vero poſteriores in Temeſſienſi.

A. In comitatu Békeſſienſi.

1. *Orosház.*

V. D. M: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Simonides*, Senior.

Rector ſcholae & chori: vir praeſtantiſſimus, *Ioannes Mihálik*. Collegae vero eius, viri humaniſſimi, *Iosephus Pintér*, magiſter puellarum, & *Ladislaus Folkuſ-házy*, claſſi minori praefectus.

2. *Szaruas.*

V. D. Miniſtri: viri admodum reuerendi ac clariſſimi, *Samuel Theſchedik* & *Daniel Boczko*.

Rector ſcholae & chori: vir praeſtantiſſimus, *Daniel Zolnenſis*. Collegae eius, *Ionas Farkas*, praeceptor puellarum, & *Andreas Theſsinſzky*, magiſter claſſis minoris, viri humaniſſimi.

3. *Mezö - Berény.*

V. D. Miniſtri: viri adm. reuerendi ac clariſſimi, *Daniel Zacharides*, nationis slauicae, & *Zacharias Oertel*, nationis germanicae praeco.

Scholarum magiſtri: viri praeſtantiſſimi, *Thomas Klinouſzky*, rector ſcholae slauicae; *Martinus Gotſchek*, rector ſcholae germanicae, & *Stephanus Zacharides*, praeceptor iuuentutis claſſis slauicae minoris.

4. *Csa-*

4. *Csaba.*

V. D. Miniſtri: viri admodum reuerendi ac clariſſ. *Andreas Gyurtsek*, & *Michaël Miletz.*

Scholae magiſtri: viri praeſtantiſſimi, *Ioannes Turdeli*, rector; *Samuel Gaſparides*, praeceptor claſſis puerorum minoris; *Michael Ianouſzky*, praeceptor puellarum.

5. *Komlós.*

V. D. M: vir admodum reu. ac cl. *Georgius Sextius.*

Scholae magiſtri: viri praeſtantiſſimi, *Michael Tomka* rector, *Petrus Wagner*, praeceptor puellarum; *Petrus Zsingori*, claſſis puerorum minoris magiſter.

B. In comitatu Aradienſi.

6. *Mokra.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac cl. *Stephanus Liſzy.*

R. & C: vir humaniſſimus, *Georgius Skrabák.*

7. *Fazekás-Varſány.* Varsány.

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſ. *Emericus Wagner.*

Rectoris, cantoris & organoedi officium vacat. Franyo Tanitor.

C. In comitatu Banatico Torontalienſi.

8. *Aradáts.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſ. *Paullus Kouáts.*

R. & C: Paullus Iároſſy, vir humaniſſimus.

9. *Etska.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac doctiſſ. *Ioannes Baſilides.*

R. & C: *Ioannes Rotsko*, vir humaniſſimus.

D. In comitatu Banatico Temeſſienſi.

10. *Tóth - Sztamoria.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac literatiſſimus, *Franciſcus Ieſzenſzky.*

R. & C: vir humaniſſimus, *Paullus Ieſzenſzky.*

11. *Rittberg.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac clariſſimus, *Godofredus Quirsfeld.*

R. & C: *Carolus Henkel*, vir humaniſſimus.

12. *Liebling.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Hermann.*

Rector & Cantor: vir humaniſſimus, *Ioannes Fetmet.*

Obſeruationes.

1. In duabus Senioratus huius eccleſiis ſacra Hungarico adminiſtrantur ſermone, videlicet Orosházini, & Fazekas Varſányini.

2. Duae item eccleſiae ſunt germanicae, Rittbergenſis, & Lieblingenſis.

3. Una

3. Una vero eſt germanico-slauica, Mezö-Berényienſis: reliquae omnes ſunt slauicae.

VII.

SENIORATUS BACSIENSIS.

Senioralis Inſpector: Perilluſtris ac Generoſus Dominus, *N. Kis*, Cameralis Geometra.

Senior: vir plurimum reuerendus ac clariſſimus, *Andreas Sztehlo*, coetus Petrouaczenſis verbi diuini praeco.

Eccleſiae, earumque praecones et ſcholarum rectores:

1. *Petrouacz.*

Locus filialis: Kulpin.

V. D. M: vir plur. reuerendus ac clariſſ. *Andreas Sztehlo*, Senior.

Rector ſcholae, & Cantor: vir humaniſſ. *Daniel Záthureczky*: Kulpini vero ſcholam & chorum moderatur, *Ioannes Liſzy*, vir humaniſſ.

2. *Gloſan.*

V. D. M: admod. reuerendus ac doctiſſ. *Petrus Ieſzenſzky.*

Rector ſcholae & chori: *Ioannes Krumholcz*, vir humaniſſimus.

3. *Bulkesz.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Samuel Spannagel.*

Cantor: *Philipus Kuhn* vir egregius.

4. *Bacs-Ujfalu.*

Locus filialis Lality.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſimus, *Georgius Plachy.*

Cantor: *Martinus Stephanides*, vir egregius.

5. *Torzs'a.*

Locus filialis: Piunitze.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac clariſſ. *Samuel Fabriczy.*

Cantor: *Caſparus Scheurer*, vir egregius.

Rector in filiali Piunitze, *Andreas Liptay*, vir humaniſſimus.

6. *Cseruenka.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac cl. *Samuel Gécs.*

Cantor: *Ioannes Keruttſchéit*, vir egregius.

7. *Baiſſa.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſ. *Ioannes Tomka.*

Rector ſcholae & chori: vir humaniſſimus, *Paullus Czaltik.*

8. *Szekits.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac cl. *Ioannes Theophilus Weinrich.*

Cantor: *Ioannes Georgius Walter*, vir egregius.

9. *Neu - Werbaſz.*

V. D. M: vir admodum reuerendus ac cl. *Georgius Mayer.*

Cantor: *Leopoldus Weber*, vir egregius.

10. *Kis - Kér.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac cl. *Ioſephus Hainoczy.*

Cantor: *Chriſtianus Lehnhard*, vir egregius.

11. *Iárek.*

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſ. *Ioannes Gécs.*

Cantor: *Emmanuel Müller*, vir humaniſſ.

12. *Kis - Szács.*

V. D. M: vir adm. reuerendus, ac doctiſſ. *Michael Szlammay.*

Rector ſcholae & chori: vir humaniſſimus, *Luptouitz.*

13. *Paſoë.*

Locus filialis: Neo - Paſoë.

V. D. M: vir adm. reuerendus ac doctiſſ. *Adamus Ieſzenſzky.*

Rector ſcholae & chori: *Schramo*, & Neo - Paſoës, *Martinus Gyarmotſzky*, viri humaniſſimi.

Obſeruationes.

1. Excepta eccleſia Paſoënſi, quae in Syrmio eſt, & Semlino trium horarum ſpatio diſtat, reliquae omnes ſunt in comitatu Bacsienſi.

2. Germanico-slauicos coetus habet prouincia haec tres, quippe Cseruenkenſem, Torzſenſem, & Neo-Werbáſzenſem: item Germanicos quatuor, Bulkeſzenſem, Szekitsenſem, Kis-Kérenſem, Iarekienſem: reliqui vero omnes ſunt slavici.

V.

Catalogus eccleſiarum euangelicarum A. C. earumque V. D. Miniſtrorum, cantorum & organoedorum; ſcholarum item, harumque moderatorum, Sileſiae Auſtriacae.

Uterque circulus Sileſia e Auſtriacae, Teſchinenſis quippe & Carnouienſis numerat eccleſias duodecim.

1. *Teſchinii.*

V. D. M: *M. Traugott Bartelmus*, eccleſiarum Auguſtanae Confeſſioni addictarum per Morauiam, Sileſiam, atque Galiciam Superintendens; alter, *Ioannes Glaub-*

Glaubgott Lebrecht Fabri; tertius, *Chriſtianus Theophilus Froehlich.* *)

Gymnaſium Teſchinenſe. *Dauid Piſch*, gymnaſii & ſcholae rector; *Ioannes Chmiel*, collega; *Ioannes Godofredus Kotſchy*, praeceptor iuuentutis claſſis minimae & organoedus.

2. *Bielicz.*

V. D. Miniſtri: *M. Ioannes Ludouicus Fiſcher*; alter *Georgius Nouak.*

Iuuentuti ſcholaſticae praefecti viri: *Ioannes Ioſephus Grabner*, rector, S. Theologiae Candidatus; N. *Zipſer*, collega; N. *Schikkardt*, ludimagiſter & organoedus; N. *Rubel*, elementaris praeceptor.

3. *Drahomiſchel.*

V. D. M: *Traugott Iurſcha.* Ludimagiſter: *Andreas Szikora.* Vices vero organoedi, N. *Schmidt*, ſubit.

4. *Ernsdorf.*

Verbi diuini miniſter: *Ioannes Klapſia.* Ludimagiſter & organoedus: *Andreas Libera.*

*) Ab ulterioribus titulis, verbi diuini praeconibus nec non moderatoribus iuuentutis ſcholaſticae impertiendis, quibus tomo primo & initio huius indulſimus, conſilio amicorum ab hoc quidem tempore eo lubentius abſtinebimus, quo magis nobis perſuademus, hanc rem in malam partem interpretaturum neminem.

5. *Uſtron.*

Verbi diuini miniſter: *Michael Solnenſis.* Ludimagiſter & organoedus: *Ioannes Kaſzperek.*

6. *Goleſchau.*

Verbi diuini miniſter: *Michael Chriſtophorus Orgon.* Ludimagiſter: *Paulus Welſzar.*

7. *Wisla*, ad orgines Viſtulae.

Verbi diuini miniſter: *Andreas Lohotzky.* Ludimagiſtri vero officium vacat.

8. *Nawsi.*

Verbi diuini miniſter: *Ioſephus Pawliny.* Ludimagiſter: *Andreas Kalyta.*

9. *Byſtritz.*

Verbi diuini miniſter: *Andreas Pauliny.* Ludimagiſter & organoedus: *Paulus Kalyta.*

10. *Ellgoth*, vulgo *Ligotka.*

Verbi diuini miniſter: *Stephanus Nicolaides.* Ludimagiſter & organoedus; *Paulus Chlebus.*

11. *Nieder-Bludowitz.*

Verbi diuini miniſter: *Ferdinandus Szelecsiny.* Ludimagiſter & organoedus: *Bernhardus Pawlas.*

12. *Hillerſdorf*, in circulo Carnouienſi.

Verbi diuini miniſter: *Erneſtus Ludouicus Schubert.* Ludimagiſter & organoedus: N. *Schmidt.*

Ludi-

Ludimagiſtri in filialibus.

1. Poncow: N. *Welſzar.*
2. Konska: *Paulus Bartoſz.*
3. Ober Zsukau: *Andreas Hlauatka.*
4. Smilowce: *Georgius Philippek.*
5. Smilowſka Rzeka: *Ioannes Matula.*
6. Gutty: *Paulus Szarzez.*
7. Otdrychowitz: *Georgius Oſtruzska.*
8. Wendryn: N. *Szteffek.*
9. Alt - Bieliz: *Theophilus Beniamin Freyhub.*
10. Mazdorf: *Andreas Mendrok.*
11. Kurzwald: *Georgius Waliſz.*
12. Heizendorf: *Ioannes Brzezina.*
13. Kuttelberg in circulo Carnouienſi: N. *Schindler.*
14. Hirſchberg:) *Fridericus Philipp.*
15. Langendorf:)

Obſeruationes.

1. Nomina pagorum & ludimagiſtrorum, ſecundum dialectum polonicam ſcripta ſunt, quae nonniſi polonicae linguae gnarus recte pronunciare poteſt; quae vero germanicam dialectum praeferunt, germanicam poſtulant pronunciationem.

2. Inſpectio generalis & gymnaſii Teſchinenſis & ſcholarum in Sileſia Auſtriaca,

ca, ſpectat ad Superattendentem, qui & inſtitutioni in religione, & moribus ludimagiſtrorum inuigilat. Methodus vero docendi, excepto gymnaſio Teſchinenſi, directorio Caeſareo-Regio ſubeſt, & huius cura a Commiſſario ſcholaſtico, qualem quodlibet officium circulare, vulgo Kreis-Amt, unum habet, geritur.

2. Nondum ex omni parte abſolutus eſt numerus ſcholarum euangelicarum, quoniam non licet, niſi in locis, ubi numerus liberorum euangelicorum ſufficit easdem ſtruere, nec vires & facultates hominum ſuppeditandis expenſis pares inueniuntur.

4. Quicunque ad munus ſcholaſticum adſpirat, polonicae & bohemicae aeque ac germanicae linguae gnarus eſſe debet.

5. Cum longinquitate locorum & laboribus quamplurimis ab inſpiciendis ſingulorum coetuum ſcholis trium prouinciarum Superintendens prohibeatur: cuilibet paſtori, non ſolum ſcholae domeſticae, verum etiam quarundam filialium cura & inſpectio committitur. Res tamen grauiores ad Superattendentem, tanquam generalem inſpectorem deferuntur, qui & in miniſterialibus & in ſcholaſticis, non ſolum cum officiis circulorum, verum etiam cum excelſis Guberniis literarum habet commercium, hisque ultimo loco nomina-

tis

tis immediate subest. Quae vero ad Consistorium spectant, ab eo separatim aguntur.

6. Quod ad sermones & hymnos sacros adtinet, obserua

a, utriusque, i. e. germanicae & polonicae linguae usum esse in sermonibus sacris, Teschini, Ernsdorfii, & in locis posterioribus duobus cantatur polonice,

b. Polonica seu bohemica dialectus usurpatur in sacris sermonibus, *Ustronii*, *Goleschouiae*, *Wislae*, *Nawsi*, *Bistrizii*, *Ligotkae*, *Bludowizii*, & cantatur bohemice; *Drahomyschlii* itidem, ubi rarissime sermo occurrit germanicus.

c. Sermone germanico omnia peraguntur *Hillersdorfii*, in circulo Carnouiensi.

7. Postquam Euangelici A. C. in Silesia, superiori per dimidium seculi & quod excurrit, amissis & vi ademtis ecclesiis parochialibus in oppidis & pagis, publico religionis cultu caruissent: intercessio regis Sueciae Caroli XII. effecit, ut conuentio sic dicta Altranstadiensis inter Romanorum Imperatorem, Iosephum I. & Carolum XII. & quidem A. MDCCVII. concluderetur, vi cuius Euangelicis in Silesia liberum religionis exercitium redditum, & exceptis pluribus parochiis in Silesia inferiori restitutis, sex templa vulgo gratiosa, (Gnaden Kirchen) in diuersis regionibus huius prouinciae concessa fuere. Horum unicum in

Sile-

Sileſia ſuperiori ad urbem Teſchinum exſtructum eſt; et quoniam executio pactorum conuentorum uſque ad annum MDCCIX. protracta fuit, hoc ipſo anno, & quidem die IX. Cal. Iunii locus huic templo deſtinatus, inauguratus eſt. Ab illo tempore templum Teſchinenſe, turri & campanis tribus inſtructum, quibus & horologium addendum eſt, uſque ad annum MDCCLXXXII, quo concordia religionum, (tolerantiam vocant) apud nos publicata fuit, unicum in Sileſia Auſtriaca reperiebatur, ad quod omnes Aug. Confeſſioni addicti, cultus publici cauſa confluebant.

In Sileſia quidem Boruſſica, poſt eius occupationem, & pacem cum Maria Thereſia, imperatrice ac regina indulgentiſſima concluſam, oratoria exſtructa fuere, & quidem diuerſo temporis ſpatio. Sed nihil attinet de his differere.

A die inaugurationis loci, ad hoc uſque tempus, cultus ſacer in templo Teſchinenſi, duplici lingua, germanica nimirum & polonica peragitur, ita quidem ut quauis die Domini, & quouis die feſto, coetui utriusque nationis ex omni parte ſatisfiat. Hymni ſacri hucdum in concionibus polonicis adhibentur bohemici, quoniam in ipſis eccleſiae reſtitutae incunabulis in uſu erant, & lingua bohemica hic loci cum polonica pari ferme paſſu ambulat.

Haec

Haec eccleſia Teſchinienſis utriusque idiomatis, eſt mater omnium & ſingularum in hac regione eccleſiarum Aug. Confeſſioni addictarum, quae ad latus & in gremio matris educatae A. MDCCLXXXII. indulgente IOSEPHO II. imperatore auguſtiſſimo propria poſuere oratoria. Inde colligi poteſt, quantus olim fuerit confluxus euangelicorum ad aedes ſacras Teſchinenſes. Numerus paſtorum olim erat quinarius: poſt Boruſſicam vero Sileſiae occupationem, quatuor nonniſi verbi diuini praecones Teſchini ſacra faciebant, & quidem ad annum uſque MDCCLXXX. quo miniſterii Senior, *Tobias Schubert*, ſenio confectus, diem obiit ſupremum. Nunc vero tres nonniſi viri, munere verbi diuini miniſtri defunguntur, quorum quilibet & vernaculae & polonicae linguae gnarus eſſe debet, cum & ſermones ſacri & omnes reliqui actus miniſteriales per vices peragi ſoleant.

Pone aedes ſacras exſtructum eſt aedificium ſatis amplum, informationi iuuentutis ac hoſpitio praeceptorum inſeruiens; quinque enim olim numerabantur claſſes & totidem profeſſores. Nunc vero mutata rerum facie tres tantum aluntur collegae, & numerus diſcipulorum non adeo frequens, ad tres quoque claſſes reductus eſt. Erat omnino gymnaſium noſtrum quondam celebre,

lebre, quippe ſeminarium omnium in his oris adoleſcentium ad altiora tendentium. Nihilominus tamen & nunc ii, quibus ad academias ſeſe conferendi animus eſt, neceſſariarum ſcientiarum principiis imbuuntur.

VI.

MORTES VIRORUM DOCTORUM.

1. Cis-Tibiſcani diſtrictus eccleſiarum euangelicarum Helueticae Confeſſionis Superintendens digniſſimus, *Samuel Szalay*, Miſkoltzienſis coetus verbi diuini miniſter, ex hac vita anno ſuperiore, cunctis obitum eius ſincere dolentibus, migrauit. Diem mortis, amici indicare neglexerunt. Hunc itaque defectum in ſupplementis tomi ſequentis penſabimus.

2. Pridie Non. Dec. anno ſuperiori diem obiit ſupremum, vir admodum reverendus ac clariſſimus, *Ioſephus Pétzeli*, coetus euangelici Helu. Conf. Comaromienſis verbi diuini miniſter celeberrimus. Quae ſint eius in rempublicam literariam merita, equidem latebit neminem. Nos tanti viri memoriam, uberiore vitae eius deſcrip-

descriptione, quam amicis nostris deferemus, ad posteritatem transmittere conabimur.

3. Experientissimus, literatissimusque vir, *Samuel Neümann*, Medicinae Doctor, IV. Cal. Ianuarii anno superiore Eperiessini diem obiit supremum. Gymnasio Eperiessini euangelico, quingentos Rhenenses florenos testamento reliquit.

4. Anno superiore XII. Cal. Ian. ex hac vita discessit Ders'enyini in comitatu Nagy-Hontensi, vir admodum reuerendus, *Samuel Puchovszky*, eiusdem loci, sacrorum per septennium minister. Orundus fuit ex comitatu Nitriensi. Studiis, post absolutas grammaticas scholas, Terényini, & Schemnizii, Posonii quinque annis, sub disciplina clarissimi, viri, Iosephi Bentzur operam nauauit. A. MDCCLXIV. ecclesia Ders'enyensis eum ex scholis euocatum, scholae suae regundae praefecit, cui muneri cum annis XVIII. vacasset, ecclesia euangelica Ratiborensis in marchionatu Morauiae in circulo Hradistensi, ei verbi diuini praeconis prouinciam detulit. Hinc, dum triennio integro sacram suam operam huic coetui locasset, a Ders'enensibus A. MDCCLXXXV reuocatus, verbi diuini ministri munus in priori sede sua adeptus est.

5. Pridie Cal. Aprilis vir equestris ordinis spectatissimus, ciuitatis liberae ac regiae

giae Posonienſis conſul, & eccleſiae euangelicae eiusdem urbis Inſpector, *Carolus Gottlob Windiſch*, anno aetatis ſuae nono & ſexageſimo obiit. Merita viri huius in patriam noſtram, & rem cumprimis literariam tanta ſunt, ut vita eius etiam uberiorem mereatur deſcriptionem, quam quidem nobis commendatam habebimus.

VII.

VICISSITUDINES MUNIORUM ECCLESIASTICORUM.

1. Vir admodum reuerendus ac clariſſimus, *Ioannes Greſſkouits*, grandis natu, agit quippe iam annum aetatis ſuae nonum atque ſexageſimum, a coetu Caſſouienſi, cui viginti & ſeptem annis praefuit VIII. Iduum Ian. anni huius rude donatus, Eperieſſinum, ad clariſſimum, literatiſſimumque virum, *Andream Meyer*, euangelici gymnaſii ciuitatis illius profeſſorem, generum ſuum, ut hic tranquille quieteque reſiduam traducat vitam, ſeſe contulit. Sex annis primum ſcholam euangelicam Pazditsienſem moderabatur; deinde vero ad eccleſiam K. Kereſzteſſienſem euocatus, hic octo annis miniſterio deſungebatur. Dignum eſt memoria venerandum

huuc

hunc ſenem ſecundum & ſeptuageſimum eſſe ex familia Greiſkouitsiana, et quidem eodem ſtemmate, e numero eorum, qui inde a temporibus reformationis, ſacrum verbi diuini praeconis munus apud euangelicos obierunt. Ab eccleſia Caſſouienſi quotannis, donec adhuc vixerit, honorarium quinquaginta Rhenenſium florenorum accipiet.

2. Venerando *Greſſkouitsio* ſucceſſit apud Caſſouienſes, vir adm. reu. *Ioannes Ehn*, Ó-Faluenſis verbi diuini miniſter.

3. Virum admodum reuerendum *Ioannem Ehnium*, Caſſouiam euocatum excepit Ó-Faluae, venerandus vir, *Elias Czabkay*, paſtor Iakab-Vágaſſienſis.

4. Admodum reuerendo viro, *Eliae Czabkay*, ſurrogatus eſt, Iakab-Vágaſſini, vir doctiſſimus, *Ioannes Pankúſch*, gymnaſii Eperieſſienſis ciuis, SS. Theologiae ſtudioſus.

5. Clariſſimus vir, *Paulus Rieſz*, Dopſchenſis ſcholae euangelicae rector, votis Miſkoltzienſium A. C. addictorum, qui eum verbi diuini miniſtrum ſibi delegerunt, adſurrexit.

6. Scholae euangelicae Dopſchenſi rectore ſuo orbatae, praefectus eſt, clariſſimus *Ruffini*.

7. Ad eccleſiam Kükömezöienſem euocatus eſt, vir doctiſſimus, *Andreas Schul-*

lek, Velitsnâ-Aruenſis, Gymnaſii Eperieſſienſis ciuis, SS. Theol. Studioſus, iam ſacro verbi diuini praeconis muneri initiatus.

8. Coetus euangelicus Kietenſis in prouincia Gömörienſi, venerandum virum, *Samuelem Buotz*, antea Kükömezöienſem praeconem, accepit verbi diuini miniſtrum.

9. Vir admodum reuerendus, *Ioannes Kraſznetz*, Tályenſium verbi diuini miniſter, Arnoldinum, ubi antea eodem munere defungebatur, redux, idem officium denuo capeſſiuit.

10. Vir clariſſimus, *Ioannes Bielyi* Kun-Taplótza-Gömörienſis, a Szügyenſibus, apud quos verbi diuini praeconis munus vacabat, euocatus, XVII. Cal. Aprilis, Neoſolii, ſuperato feliciter examine, a viro maxime reuerendo, *Michaele Szinouitz*, Superattendente montano verbi diuini miniſter ordinatus eſt. Prima literarum elementa poſuit Kun-Taplótzae, unde Dopſcham a parentibus miſſus, clariſſimis viris, *Ioanne Gotthard*, & *Andrea Simon*, in lingua germanica, ſyntaxi, & rhetorica praeceptoribus uſus eſt. Hinc Sopronium ſeſe contulit, ubi ſub viro clariſſimo, *Adamo Farkas* totum tempus, ſtudiis theologicis, philoſophicis, hiſtoricis & mathematicis dicauit. Adiit tandem acade-

demiam Ienenſem, audiuitque in theologia, *Griesbachium*, *Doederleinium* & *Eichornium*; in philoſophia vero, *Reinholdium* & *Ulrichium*. In patriam reducem, Spectabilis ac Perilluſtris Dominus, *Alexander Tihány*, liberis ſuis informatorem praefecerat, qua quidem prouincia triennio eximia cum laude defunctus eſt.

11. Spectabilis ac Perilluſtris Dominus, *Michael Baloghy* de Balogh, relicta Nagy-Hontenſi ſede ſua, ſupremi inſpectoris Senioratus Nagy-Hontenſis dignitate nouem prope annis ſummo cum reipublicae ſacrae emolumento defunctus, Nonis Decembris anno ſuperiore, lachrymantibus compluribus, Senioratui valedixit. In locum eius ex quatuor viris, equeſtri dignitate conſpicuis, meritisque ſuis & patrum ſuorum in eccleſias euangelicas claris, ſuffragiis viginti & duarum eccleſiarum delectus eſt, IV. Iduum praeteriti menſis, Illuſtriſſimus Dominus *Ioſephus*, S. Rom. Imp. & Regni Hung. L. B. ab *Hellenbach* de Paczollay.

12. Ipſis Calendis Decembris muneri ſcholae euangelicae Loſſonczienſis rectoris, praepoſitus eſt, vir praeſtantiſſimus, *Ioannes Hainoczy*, vir in lingua Hungarica, quam ſibi a pueritia Osgyanini familiarem reddidit, non minus, ac in aliis literarum ſcientiis Kaesmarkini eleganter

excultus. Praeter religionem & linguam Hungaricam, docebit grammaticam, historiam patriae, geographiam, & arithmeticam.

13. Vir admodum reuerendus ac clariſſ. *Ioannes Terray*, graui morbo adflictus Dominica I. Aduentus anno praeterito, eccleſiae A. Sztregouienſi, a qua multum diligebatur, valedixit.

14. In locum fatis functi, viri adm. reuerendi, *Samuelis Kapitány*, verbi diuini miniſtri Pilenſis, ſucceſſit *Matthias Honetzi*. Hic natus eſt Nagy-Palugyae in prouincia Liptouienſi. Abſolutis Poſonii ſcholaſticis ſtudiis A. MDCCLXXXVII. euocatus erat Carlouitzium, ubi ſcholam Illyricam nationalem annis tribus & dimidio docuit. Ex hac vita erepto excelentiſſimo ac reuerendiſſimo Domino, *Moyſe Putnik*, Archiepiſcopo graeci ritus non unitorum Carlouiczenſi, viro immortalis memoriae, Carlouiczium reliquit, atque linguae Hungaricae condiſcendae cauſſa, primum quidem Loſſontzinum, dein Rima-Szombathinum ſe contulit, demum hinc in locum diſcedentis adm. reuerendi viri, *Matthiae Wenich*, F. Pokoragyinum euocatus, a viro maxime reuerendo, *Ioanne Ruffini*, Dobſchae III. Id. Martii MDCCXCI. ordinatus, nunc vero ab eccleſia Pilenſi euocatus eſt.

15. Vene-

15. Venerandum *Honeczium* excepit Felsö-Pokoragyini adm. reuerendus vir, *Samuel Prunyi*, ex comitatu Sároſſienſi oriundus, qui abſolutis ſcholaſticis ſtudiis, aliquamdiu iuuentuti in ſchola Rattkouienſi praefuit; inde euocatus, in eccleſia Kijetenſi miniſtrum agebat, atque menſe ſeptembri anni ſuperioris F. Pokoragyinum promotus eſt.

16. Admodum reuerendo viro, *Samueli Fabricio*, ad Biſztrenſes euocato, ſucceſſit cl. vir, *Michael Szabó*, Felsö-Szkálnokienſis. Hic abſolutis ſcholaſticis ſtudiis, ſeſe ad academiam contulit Ienenſem, unde redux in officina ferraria Rima-Brezouienſi, apud perilluſtrem Dominum *Maluieaux* egit informatorem. Hinc diſcedentem inuitauit ad ſe, ſpectabilis Dominus, *Stephanus Czekus* Gitzam in prouincia Gömörienſi, atque inſtitutioni eius ſuos concredidit liberos, quam & aliorum proles frequentarunt. Dein a Rattkouienſibus munus ſcholae rectoris ei delatum eſt, quo breui temporis ſpatio deſungebatur. Etenim paullo poſt a Rima-Brezouienſium coetu in verbi diuini praeconem electus, vacante ſede Superintendentis Cis-Tibiſcani, a viro maxime reuerendo, *Michaele Szinouitz*, Superattendente montano, ordines ſibi collatos accepit.

17. Vir maxime reuerendus, *Abrahamus Paxi Szathmáry*, verbi diuini Kereſztesſini miniſter, & prouiciae Borſodienſis eccleſiarum euangelicarum Helueticae Confeſſionis Senior, in conuentu eccleſiaſtico in oppido Szikſzó XVI. Cal. Oct. anno ſuperiore celebrato plurimis ſuffragiis in Superattendentem diſtrictus Cis-Tibiſcani, in locum pie defuncti, *Samuelis Szalay*, electus eſt.

18. Coetus T. Szent-Mártonenſis in prouincia Peſtienſi, virum clariſſimum, *Stephanum Kolosuáry*, III. Calend. Iulii CIↃIↃCCXCII. Neoſolii ſacro muneri initiatum, obtinuit verbi diuini praeconem. Natus eſt Roſnauiae in comitatu Gömörienſi, patre *Stephano Koloſuáry*, matre vero *Suſanna Weiſz* A. Chriſti CIↃIↃCCLXV. ſtudiis bonarum literarum operam nauare coepit Caſſouiae, *Martino Maior*, viro humaniſſimo, & clariſſimo viro, *Ephraimo Klein* praeceptoribus uſus. Inde ad ſcholam abiit Eperienſem, ibidemque per virum humaniſſimum, *Ioannem Molitoris*, nunc iam Roſnauienſium V. D. Miniſtrum, atque per clariſſimum virum, *Samuelem Klein* erudiebatur. Paulo poſt adiit ſcholas Schemnicienſes, ubi ſub fideliſſima inſtitutione clariſſimorum virorum, *Martini Hamalidr*, *Andreae Plachy*, & *Ioannis Seuerini* multum profecit. Amicorum dein conſilio, ad

gym-

gymnaſium Poſonienſe eſt profectus, atque hic, *Sztrecskium*, *Fabrium* & *Sabelium*, viros celeberrimos audiuit. Hinc denique ſeſe ad academiam Wittebergenſem contulit, unde poſt biennium redux, prius apud Spectabilem Dominum, *Stephanum Győrky*, S. C. R. & Ap. Maieſtatis Camerarium, informatorem egit aulicum, quam ad T. Szent-Martonenſes euocaretur.

19. Ders'enye-Semberenſium coetui in prouincia Nagy-Hontenſi, vir clariſſimus, *Samuel Grentzner*, Király-Lehota-Liptouienſis, verbi diuini miniſter praefectus eſt. Parentes habuit, *Samuelem Grentzner*, & *Euam Bobrounitzky*, qui eum ad ſcholas miſerunt Kaeſmarkienſes, ubi in ſyntacticis a *Thoma Mauckſchio*; in rhetoricis, a *Klanitzaio*, & *Georgio Schulek*; in philoſophicis & theologicis, ab *Adamo Pottkoniczkio*, viris clariſſimis, inſtituebatur. Ex gymnaſio hoc, *Ludouicum Oſztroluczky de Oſztroluka*, nobilem adoleſcentem literarum cauſſa ad uniuerſitatem Peſtienſem proficiſcentem, conſilio clariſſimi viri, *Pottkonitzkii* correpetitoris officio functurus, concomitatus, unius anni ſpatio non ſine uberrimo fructu commorabatur Peſtini, unde eum Magnificus ac Spectabilis Dominus, *Paulus Pronay*, de Tóth-Prona, Auguſtiſſimo Imperatori Romanorum ac Regi Hungariae a Conſiliis, euocatum,

filiis suis, *Nicolao*, *Antonio* & *Dionysio*, informatorem praefecit. Exacto hic triennio Ienam properauit, ibidemque celeberrimos viros, *Griesbachium*, *Doederleinium*, & *Ulrichium* audiuit. Tandem XIII. Cal. Nouembris anno superiore in patriam redux, paulo post, Pridie videlicet Cal. Februarii, Verbi Diuini Minister ordinatus est.

20. Clarissimus vir, *Bohuslaus Tablitz*, SS. Theologiae Candidatus, proxime elapsa X. Cal. Maii, superato feliciter examine Neosolii, pro Felső-Rakonczensibus in prouincia Nagy-Hontensi, verbi diuini praeco constitutus est. Vir hic iuuenis natus est Csech-Brezouae in comitatu Neogradiensi, patre *Martino Tablitz*, primum Cseh-Brezouiensi, dein Bérensi, post Osgyanensi, denique vero Csöuariensi in prouincia Pestiensi ludi rectore, ubi huedum & scholae & choro praest, matre vero, *Maria Makouiny*. Primis literarum fundamentis apud patrem dilectum positis, ut sese in lingua perficeret hungarica, ad Lapujto ad auunculum *Makouinium*, nunc Poltárienſium verbi diuini praeconem, tum vero filiorum, Spectabilis Domini, *Stephani Mocsáry* informatorem, qui eum in rudimentis linguae latinae & grammatica erudiuit, est missus. Hinc utriusque parentis consilio, Toth-Györkinum, ubi a doctissimo viro, *Ioanne Csaplouits* apud *Par-*

nitz-

nitzkios informatore domestico, iam Zittauiensium in Lusatia verbi diuini praecone, in syntaxi instituebatur, sese contulit. Ne vero in adolescente linguae germanicae olim desideraretur cognitio, Dopscham eum optimi expediuerunt parentes, ubi tum clarissimus vir, *Andreas Simon*, scholam moderabatur. Absoluto hic biennio, scholas petiit Posonienses, ubi in humanioribus, *Sabelio*, in philosophicis, *Fabrio*, in theologicis & philologicis, *Sztrecskio*, viris literatissimis, praeceptoribus est usus. Sexennio Posonii literis operam nauans, post, animum academiam Ienensem adeundi adiecit, quorsum ante triennium, impetrata ab optimo rege facultate, feliciter pertigit. Atque hic, in Theologia, *Griesbachium* & *Doederleinium*; in philosophia *Reinholdium* & *Ulrichium*; in historia *Schillerum*; in physica, *Voigtium*; in historia naturali, *Batschium*; in anthropologia & medicina forensi, *Loderum*; in nonnullis humanioribus, *Schützium*, viros celeberimos audiuit. Non possumus etiam silentio praeterire clarissimum *Seebachium*, anglicae & gallicae linguae magistrum, qui eum in utroque hoc sermone ita instituit, ut hoc duce noster *Tablitz* utrumque ex sententia reddiderit sibi familiariorem. Exactis Ienae annis duobus & dimidio in dulcissimam rediit patriam, iamque sacro praefectus mu-

neri,

neri, fructus diligentiae suae fert uberrimos.

21. Vir adm. reuerendus, *Michaël Iankouits*, coetus euangelici F. Rakontzensis verbi diuini praeco, infaustis vitae vicissitudinibus obnoxius, ecclesiae suae praeterito mense Aprili, valedixit.

VIII.

RECENSIONES LIBRORUM.

EX PHILOSOPHIA.

Pestini, apud Matthiam Trattner: Iosephi Rozgonyi, in gymnasio Lossontziensi P. P. Dubia de initiis Transscendentalis Idealismi Kantiani. Ad viros clarissimos Iacob & Reinhold. 1792.

Experta est hoc fatum Critice purae rationis celeberrimi Kantii, ut oppugnationibus hostium attentionem, huic & commendationem sui & amicos, amicorum paucissimis lucem in Germanica debeat. Quod si haec cl. *Rozgonyi* aduersus immortalis nominis philosophum disputatio, uni, quae sperari potest, veri nominis philosophiae apud nos quoque in Hungaria paratura, videri possit fatum; & ad exci-

tan-

tandos animos, accenedendumque eius ſtudium quidpiam, contulerit: nihil profecto, ſiue innoxia, male euibrata tela, ſiue praefidentem in tam inaequali pugna animum, de laude auctoris decerpere pateremur. Et vero hungaricis ingeniis, nec ad audendum animus, nec ad agendum virtus deeſſe videtur. Exemplis opus eſt; quae ſi crebriora ſunt futura, difficultates, quas ſeu paupertas, commune malum eruditorum, obiicit, ſeu dedignatio philoſophiae molitur, concitata apud nobiles animos, ſibi ſufficiens virtus feliciter ſuperabit. Haec proſpicientes, ſtudium cl. auctoris non poſſumus non laudare: erroribus tanto facilius ignoſcimus, quod aut ex acriori animo, cuius gloriae ſtudium frangendum eſſe non exiſtimamus, profluxiſſe eos videamas; aut communes eſſe illi cum omnibus Kantii oppugnatoribus cernamus, ex quorum numero multi ingenio, eruditione & meritis ſunt clariſſimi.

Ad prius genus pertinere exiſtimamus conſilii eius mutationem. Nam cum ſub initium: *dubia* tantum, per duumviros, quibus libellum dedicaret, *ſoluenda*, atque etiam „*ingenii periclitandi cauſa*„ ſcripturum ſe promiſiſſet: ita ſibi continuo placere coepit, ut oblitus profeſſionis ſuae „*quod Kantii ſenſum non ubique adſequeretur*„ dubia ſua ad refellendum Kantium ſuffice-

fufficere, pag. 14. exiſtimauerit. Quo factum eſt, ut quam *dubia* laudem pepererant ſtudii, eam formulae eruditis gladiatoribus propriae, decerptum irent. Nam quod auctor „ *ad refellendum apodicticae certitudinis enunciatum ſufficere*, dicit, *opponere illi probabilia*:„ id nonniſi de ſubiectiua, ut aiunt, minime vero de obiectiua veritate valet. Obiectiuae certitudini, obiectiua probabilitas, quae illam deſtruat, opponi deberet Enimvero obiectiue, nihil eſt probabile, ſed aut verum, aut abſurdum. Probabile ſemper inuoluit defectum cognitionis rei ſubiectiuum, non autem defectum argumentorum obiectiuum. Quare quod mihi probabile eſt, poteſt in ſe eſſe, aut omnino verum, aut abſurdum; et abſolute verum (vel quod tale creditur) nec probabilitate, nec dubiis, quae ſemper ſubiectiua ſunt: ſed unice principiis uniuerſalibus oppugnari poteſt. Principia vero uniuerſalia non ſunt ea, quae ab omnibus probantur; ſed quae, ſimulac intelligantur, neceſſario etiam ab omnibus probari debent. Cum igitur Kantius totum ſuum ſyſtema principiis uniuerſalibus & neceſſariis ſe ſuperſtruxiſſe profitearur: facile patet, unam nonniſi viam eſſe oppugnandae eius philoſophiae, illam ſcilicet, ut primum & ante omnia bene intelligantur, non ſingulae tantum partes, ſed totum omnino ſyſtema,

ſtema, & ubi hic labor ſuperatus fuerit; oſtendatur, aut principia eius cum neceſſitate et uniuerſali conditione non cogitari, aut ſequentia cum antecedentibus nexu neceſſario iuncta non eſſe. Unde patet, illorum ingratum eſſe laborem, qui non intellectum erroris arguant. Fieri enim poteſt, ut ſe potius non intelligentiae arguere deberent.

Atque hic eſt ille communis aduerſariorum Kantii error, cuius periculum adeo non euitabat auctor noſter, ut potius; cum ſe Kantium non intelligere, in epiſtola dedicatoria ſincere profeſſus eſſet, in prologo tamen pag. 12. faciliorem ſibi in refellendo, quam in intelligendo operam pollicitum eſſe, tantum non aperte profiteatur.

Sed age iam rationem diſputationis totius exponamus, obſeruationibus noſtris in prioribus certo duobus capitibus, tanto diligentius diſtinguendam, quanto magis cupimus, ut et apud auctorem veritas ſententiae noſtrae conſtet, nec quicquam inuidiae ceſſiſſe videremur; & in accendendum ſtudium philoſophiae Kantianae aliquid contuliſſe laetari poſſimus.

In prologo natales & naturam Kantianae philoſophiae ſe expoſiturum pollicetur; addit rationem, quam in refellendo (non iam in dubiis exponendis) ſequi velit.

Natales eius in *Dauidis Humii* diſputatione, qua acutiſſimus hic philoſophus notio-

tionem cauſae euertebat, inuenit. Et recte quidem, ſi nihil aliud dicere vult, quam: hac Humii diſputatione Kantii attentionem excitatam & acutam, omni certitudine philoſophica cognitionem noſtram primis deſtitutam principiis perſpexiſſe, & iam non ad ſaluandum tantum principium cauſalitatis, ſed omnis omnino veri, iuxta ac abſurdi ortus & principia, in natura intellectus humani exquirenda acceſſiſſe, ex quibus pateat, non ſolum, quid in omni cognitione noſtra certi ſit, ſed etiam, quid intellectu noſtro cognoſci poſſit, quid nequeat.

Sed cum herculeum hoc, omnia ingenii humani opera excedens opus, cl. *Rosgonyi* pag. 18. unice ad refellendum Humium eſſe ſuſceptum exiſtimat, & pag. 12. in nota „*philoſophiam Kantianam Humii principiis, ſuperſtructam, & totam quaſi de Humiani operis ſpeculo eſſe efformatam*„ aſſerit: non iam veritatam, ſed conſtantiam merito requirere videmur. Quae in hac nota ad confirmandam poſterioris ordinis ſententiam afferuntur: illa, aut falſo *Humio* tributa, v. c. non res ipſas, ſed repraeſentationes noſtras eſſe obiectum experientiae noſtrae, item notionem cauſae *Humium* a priori cogitaſſe; aut alium ſenſum apud *Humium*, alium apud *Kantium* habent, certe aliis a *Kantio* ſuperſtructa principiis

cipiis e. gr. principio causalitatis, rem physicam cum immateriali non posse iungi; item: omnes nostras cogitationes nexu causali necessario esse vinctas, & reliqua maximam partem male expressa.

In iis, quae de natura Critices attingit, conqueritur, more omnium Kantii aduersariorum, de obscuritate, quam a nouitate *vocabulorum*, & systematis labyrintho deriuat. Nos quidem & ipsi hanc vel maxime sensimus, sed in dies magis magisque in voluendo Kantio intelligimus, obscuritatem hanc, neque inuidae, aut sibi male conscíae arti, neque obscuritati idearum, aut sermonis ignorantiae, sed potius, partim subtilitati, quam adsequi pinguioribus ingeniis non datur, & quam si semel adsecutus fueris, lucem tanto clariorem diffundit; partim vero difficultati in supprimendis sensuum lusibus, & deponendis inueteratis philosophicis principiis, quae toti systemati cognitionis nostrae, iam implexa sunt, rependa esse.

Dum autem cl. R. veretur pag. 13. „*ne dum duum viri Kantianae philosophiae interpretes, nubes has dispulerint, eius accelerent interitum*„ hunc metum ei, si non ipsa natura eius, frequentia certe amicorum, quam haec lux in dies producit, eripere potuit.

Totam disputationem auctor, in duas partes dispertit; in quarum prima de iis cognituru se promittit, *quae in Kantii Theoria prima sunt*„ ; parte secunda de iis„ *quae ipi sunt posteriora*„ Oedipus sit, qui ex Kantii Critica rationem huius diuisionis & ordinem capitum intelligat. Rectius titulum parti primae scripsisset: *de iis, quae mihi in genesi Kantiani systematis, prima videbantur.* Ceterum si ordinem Kantii pressisset, & sibi, et critico lectori, laborem molestissimum multum leuasset.

Partis primae capite I. disputat, *de habitu systematis Kantiani ad Humii dubitationem de notione causae.*„ Illa scilicet auctoris opinio est, Kantium totam operam in systemate philosophiae nouo condendo, unice ad refellendam Humii de notione causae disputationem profudisse. Quare non dubitat totam hanc systematis molem ruturam, si hoc capite demonstrauerit: „ *nec dubitationem Humii de notione causae, tanti fuisse, ut ad eam tollendam, nouo & tanto fuerit accendendam systematis apparatu;* nec Humio per Kantium esse responsum satis.„ Quod auctor praestruit falsum esse, ex ambitu Critices Kantii supra descripto, clarum est. Ceterum nos ultro concedimus (sed non auctoris, verum aliis rationibus inducti) totam Criticen Kantii ultro casuram, si vel dubitatio Humii de notione

tione cauſae tanti non fuerit, ut noua fuerit quaerenda ſaluandae veritatis via: vel deductio cauſae Kantiana, aut vera non ſit, aut alia praeterea eſſe poſſit.

Tanti non fuiſſe, oſtendere conatur cl. R. partim eo, quod nusquam Humium ſuam de cauſae notione a conſuetudine coniunctionis idearum ſimul conſtanter occurrentium deriuandam, ſententiam probaſſe exiſtimet, partim quod faciliores & meliores refellendi viae fuiſſent, quas liberaliter oſtendit.

Ad prius Humius fortaſſis reſponderet: ſufficere ſe empiricorum notionem cauſae deriuatam ab experientia deſtruxiſſe. Quod ſane egregie praeſtitit. Nam cum experientia nos docere non poſſit aliud, niſi aliquid eſſe, non autem eſſe debere; notio autem cauſae habeat coniunctam neceſſitatis conditionem: fieri profecto non poteſt, ut quod in notione cauſae cogitamus, ipſis rebus in ſe adhaereat, & per ſenſus adquiratur. Hactenus igitur defenſio empiricis incubuit. Quam eos ex principiis ſuis praeſtare non poſſe, ex iis, quae ſequentur clarum erit.

Sed potuit, inquit auctor, ſequentibus argumentis dubium Kantius ſoluere:

1. „ *Cauſa eſt id, quod rem aliquam producit. De eo vero an res quaedam aliam producit, ſenſus noſtri indubium praebent*

bent teſtimonium. „ Hic peccatum in utraque eſt propoſitione. Nam primum finitio cauſae, petitionem, ut aiunt principii, continet. Hoc enim eſt in controuerſia, num ipſa obiecta nexu cauſali interſe iuncta ſint. In definitionem rei controuerſae, nihil principii loco praeſtruendum, quod ab aduerſario concedi non debeat, omninoque uniuerſale non ſit. Conceptum iſtum iure reiicit Humius (quamdiu obiecta experientiae res, ut in ſe ſunt, eſſe putantur.) Nam ſi is, a rebus externis veniret in animum, notionem neceſſitatis, quam coniunctam habet, habere non poſſet.

Non magis vera eſt ſecunda enunciatio ſenſu ſcilicet percipi poſſe rem unam (rem in ſe) ab alia produci. Cauſam enim non ſenſu, ſed iudicio inueniri, iam vulgo notum eſt. Sed „ *Petrum, inquit, eſſe hominem ſenſus noſtri non melius, quam patrem probant.* „ Sane non melius: nam nec hominem Petrum eſſe ſenſus probare poſſunt. Notio enim hominis eſt per ſpontaneitatem efformata, non per ſenſum adquiſita. Nec ſenſus coniungit, praedicatum, *homo*, cum ſubiecto, *Petrus*, ſed ratio. At multo minus ſenſus me docere poteſt, Petrum eſſe patrem. Senſu percipio ſingulas, ut ita dicam mutationes in facultate ſenſitiua per res externas productas; has connectit, ſpontaneitas. Obſcoenus, ne dicam

cam ridiculus sim, si illud exemplum urgeam. Quaerere tamen placet, num putet auctor, taurum cogitare, se produxisse vitulum; cum tamen sensu, quo mutationes suas agentis percipiat, differre parum videatur.

2. Alterum argumentum, quo Kantium contra Humium, uti optasset auctor, haud plus neruorum habet: „ *Causae notio*, inquit, *ab associatione idearum multum differt. Multae enim ideae secum inuicem associantur, quae tamen nullo nexu causali sunt coniunctae.* Sane differt, scilicet quadam constantia & necessitate coniunctionis subiectiua, quae in associatione idearum mera, tanta non est. Subiectiuam & non obiectiuam hanc necessitatem probasset Humius, exemplis eorum, qui easdem res, nexu loci & temporis tantum iunctas cogitabant, quam alii nexu causali existimabant deuinctas.

3. Quod autem loco tertio Kantium docet in refellendo Humio: „ *distinguendum illi fuisse inter ideas nouas, semel tantum animo occurrentes, & inter ideas saepius repetitas; talesque nouas ideas ad euertenda contraria Humii adserta, dicendum fuisse causas*„ id sane tale esse, dixisset Humius, quod non tantum cum omni historia humani ingenii, sed omnino cum singulorum attentiori experientia pugnet. Illa enim em-

piricorum eſt conſtans ſententia, diu apud primos mortales, nullam aliam coniunctionem idearum fuiſſe, praeter coniunctionem loci & temporis: poſtea, poſtquam longiori experientia, virium conceptum accepiſſent, quae conſtanter ſpatio & tempore videbant cohaerere, ea nexu cauſali coniungere coeperint. Eandem hiſtoriam, dixiſſet, eſſe ſingulorum hominum, iuxta principia empiricorum. Indianus ille, qui bullienti aquae manum immiſit, ſenſum ſuum ingratum, cum aqua bulliente, primum tantum nexu temporis coniungebat, cauſam autem non quaerebat in aqua, ſed potius in genio aliquo maligno, aquam mouente. Quare ea quidem ratione Humium corrigere Kantius non potuit. Sed tamen intellexit acutiſſimus philoſophus, non in prima modo conceptione obiecti, ſed ante omnem omnino experientiam menti humanae ineſſe neceſſitatem quaerendae cauſae h. e. phaenomena ſua in nexum cauſalem cogendi; verum iſtius neceſſitatis, ſibi niſi in ipſo uſu, in ipſa, & ea quidem prima experientia eſſe conſcium. Atque per hanc nonniſi naturam humanae mentis, eſſe & ipſam experientiam poſſibilem. Quo rurſus confirmatus eſt, cauſae notionem non per experientiam, & cum materia repraeſentationum dari potuiſſe, cum experientia & ipſa, cauſae notiorem a priori praeſtruat.

4. Quar-

4. Quartum argumentum, quo ex consilio auctoris Humium confundere debuisset Kantius, sane risisset ille. „ *Si omne*, inquit, *quod prius est, causa sit, tum omnia possunt esse omnium rerum causae*„ Nec enim omne, quod prius est, sed quod constantem, et cum quadam subiectiua necessitate prius cogitatur, causa est Humio: nec si alter esset rerum ordo, alias esse posse causas, cum suo periculo negasset.

5. Quinto loco secundam huius capitis partem accedit auctor; fidem exoluturus, quam dederat, Kantium, tanto licet apparatu, Humio non satis feciſſe, efficere conatur. Hunc in finem primo Humii argumentationem ex Kantii critica rationis practicae proponit; deinde, quomodo dilluere illam potuisset, docet; postea Kantianam responsionem exhibet; denique hanc esse euanidem, ostendere conatur. Age, singula videamus.

1. Humii disputatio contra veritatem notionis causae, utique ista argumentatione includi potest.

Maj. Notio causae, necessitatem continet, ita ut propterea, quia A. existit, etiam B. obiectum penitus diuersum existere necessario debeat.

Min. Iam vero necessitas eiusmodi coniunctionis existentiae duorum obiectorum

diuerſorum, neque experientia cognoſci poteſt;

M. T. Experientia enim docere poteſt, coniunctionem eſſe, ſed neceſſario eſſe debere, nullatenus docere poteſt.

Neque a priori:

M. T. Quia, quid obiectis inſit, a priori cognoſci non poteſt, niſi per experientiam detur.

Concluſio. Ergo conceptus cauſae eſt temerarius & fictus, omni fundamento deſtitutus, nec niſi conſuetudini debetur.

2. Hanc argumentationem refellere potuiſſe Kantium auctor docet: „*negando utramque praemiſſarum. Minor, inquit, eſt falſa. Actiones enim quasdam et effectus eſſe connexos experientia, eosdem neceſſario eſſe connexos, ratio experientia ſuffulta comprobat.*„ Enim vero, hoc in quaeſtionem vocat Humius; num ratio (nam de ſenſu ſupra iam diximus) ſuo iure id praeſtare poſſit. Hoc ſibi petit oſtendi, quo iure ratio aliquid, (coniunctionis neceſſitatem) obiectis tribuere poſſit, quod ab experientia non acceperit, nec poſſit accipere. Si addat experientiae, vel potius phoenomenis ex ſuo addit, nec propterea dici poteſt, illorum ineſſe naturae.

Maiorem negare, quod auctor facit, eſt aut conceptum cauſae, palmari ſuo caractere priuare, aut certitudinem omnem

cogni-

cognitionis noſtrae ſubuertere. Cauſa enim, non eſt pars quaedam eorum, quae efficiunt, ut aliquid conſequatur, ſed ea omnia ſimul ſumta, quae ſimulae exiſtunt, effectus etiam exiſtere debeat. Pone enim exiſtente cauſa, non neceſſario exiſteret effectus; tum eſſet quoddam impedimentum cur affectus non ſequeretur. Sed ipſa remotio huius impedimenti erit potiſſima pars cauſae, ut effectus ſequatur. Igitur non conſequebatur cauſam effectus, quod necdum cauſa tota exiſterit.*) Equidem nullam magis inimicam ſententiam certitudini cognitionis noſtrae nouimus, quam hanc auctoris enunciationem: cauſas dari poſſe, quas non neceſſario conſequantur effectus, vel effectus, quos non neceſſario praeceſſerint cauſae. Quid enim iam contra ſcepticiſmum non theoreticum ſaltim, ſed etiam practicum praeſidii? Humius certe contra hunc reliquit neceſſitatem, et cum hac certitudinem ſubiectiuam. Auctoris ſententia, etiam hanc eripit.

At dantur, inquit, *effectus liberrimi.* Ne libertatis notio in nouam nos implicet diſputationem: ſufficiat auctori breuiter reſpondiſſe: et horum cauſam eſſe neceſſariam, ipſam libertatem per ſe ipſam omnino determinatam.

*) Talis cauſa, quae non neceſſario determinet effectum, eſſet cauſa non cauſa.

Peſſime igitur ſe tutelae Kantii commiſiſſet *cauſae principium*, ſi acutiſſimus philoſophus, ex auctoris noſtri illud tuitus fuiſſet conſilio. Neque profecto fieri poteſt, ut ex ſyſtemate empiricorum Humius refelli, principiumque hoc cauſalitatis a vanitatis nota purgari poſſit. Quamdiu ſcilicet obiecta experientiae h. e. phoenomena extra nos quaerimus, & cum rebus extra noſtram perceptionem confundimus; tamdiu notio cauſae, fundamento, quo nitatur, prorſus caret; ut adeo hac ſententia empiricorum, qua phoenomena cum rebus in ſe permutant, ſit recta via, ad ſcepticiſmum. Quod ſi cl. R. intelligere voluiſſet; deſiiſſet ſane male iraſci Kantio noſtro „*quod illis reſponſionibus haud contentus, pro ingenii ſui ſubtilitate, ut ait, nouum ſyſtema, antiquo oppoſitum condiderit.*„ Aut ſcilicet illi de vindiciis principii, ut aiunt cauſalitatis deſperandum, & triſtis, omnisque certitudinis expers ſcepticiſmus, non modo in naturali diſciplina, ſed etiam in mathematibus amplectendus erat; aut fons horum malorum empiriſmus, in cuius ruinis unica ſalus certitudinis & veritatis illarum diſciplinarum ſperari potuit, quaerenda fuit. *)

Quod

*) Kantii mentem, quantum fieri poteſt, relictis eius formulis, verbis magis uſitatis clariorem fortaſſis reddemus.

ſitas a priori in facultate ſenſuali fiſta eſt, quam tempus dicimus. Per hanc igitur ſucceſſionem unice fieri poteſt, ut animus ſibi aliquid repraeſentet, & repraeſentationis ſuae conſcius ſit. Sed eo necdum efficitur conſcientia, repraeſentationi ſuae obiectum aliquod ſeu phoenomenon reſpondere h. e. animus repraeſentationes ſuas reales, a meris repraeſentationibus phantaſiae, quales ſunt in ſomnio, quibus tum, nullum obiectum externum reſpondet, diſtinguere non poteſt. Iſthoc niſi eatenus rurſus fieri poteſt, quatenus in ipſis phoenomenis neceſſitas eſt, cur in ſenſu interno, phoenomenon B. neceſſario poſt phoenomenon A. poni debeat. Hac ratione tantum naſcitur ſenſus repraeſentationi obiectum, ſeu phoenomenon extra repraeſentationem (in receptiuitate) reſpondere, ſeu mutationem per praeſentem aliquam rem externam, in ſenſualitate eſſe factam, ſi ſcilicet phoenomenon, quod praeceſſerat A. iam determinat ſucceſſionem B. quae ſucceſſio inuerti non poſſit; ut igitur Spontaneitas non iam quocunque ordine phoenomena in conſcientia nectere poſſit, ſed neceſſario poſt A. phoenomenon B. ponere debeat. Haec neceſſitas in obiecto A. determinatae ſucceſſionis B. dat nationem cauſae. Unde facile patet, notionem hanc cauſae, non tantum a priori deductam, atque adeo neceſſariam eſſe.

ſe, & Humii dubitationem tollere, ſed etiam per eam unice experientiam & ipſam eſſe poſſibilem.

His praemiſſis, quae Kantii mentem clarius exhibeant, quam illa aqud auctorem noſtrum hoc loco ex *cl. Iacob* exſcripta — clarum erit lectori, *cl. Rozgonyium*, Kantianam deductionem non intellexiſſe. Secus, qui potuiſſet

a. Kantianis obiicere, eos „*ſupponere, res meras eſſe phoenomena*? Diſtinguendum nempe illi erat, inter res in ſe, & obiecta experientiae h. e. materiam repraeſentationum noſtrarum ſenſualium. Rerum externarum exiſtentia Kantianis principiis ita firmatur, ut errori Idealiſtarum nihil amplius ſuperſit praeſidii. Sed harum rerum in ſe, nullum praedicatum menti noſtrae obuerſari, h. e. res in ſe, nullatenus obiectum facultatis repraeſentatiuae eſſe poſſe; verum potius materiam repraeſentationum eſſe, mutationes, quas res externae in noſtra ſenſualitate producant, adeo clare demonſtrauit, ut mirari deberemus, qui fieri poſſit, auctorem noſtrum, *argumenta* huius rei requirere, niſi idem aliis clariſſimis etiam viris accidiſſe, nobis conſtaret.

b. Ex eodem fonte non intelligentiae, fluxit etiam illa contradictionis ſpecies, qua in deductione notionis cauſae Kantiana luditur auctor. Duplex ſcilicet ſucceſſio obſer-

uanda

uanda erat auctori in disputatione illa Kantii, alia subiectiua apprehensionis, qua fit, ut aliquid repraesentetur h. e. ut animus *) statum suum praesentem a praeterito discernat; alia obiectiua phoenomenorum, qua fit, ut animo obiectum determinatum repraesentetur, h. e. animus repraesentationem ab obiecto discernat.

c. Nec alium fontem tertiae obiectionis agnoscimus; ubi auctor non dubitat affirmare, *Kantium obiectiuam causalitatis euertisse notionem.* Quod falsum esse, ex huius supra declarata mente clarum est. De iis, quae hoc loco ad inuidiam Kantianis conflandam pertinere voluit, cl. R. tacemus, hoc unum monentes: ubi de principiis veri cognoscimus, agendum nobis vel maxime esse, ut omne studium, amorem, odium, timorem, praeiudicia, procul habeamus.

Capite II. *Propositionum metaphysicarum* **) *certitudinem* non a prioritate notionum repetendam esse contra Kantium demonstraturus, a, de sensu formulae a priori,

*) Liceat mihi hac voce uti pro facultate repraesentatiua.

**) Ante omnia oportuisset apud se constituere auctorem, quid essent metaphysica, atque tum quidem suus bonus genius eum fortassis ab hac disputatione reduxisset.

ri; b. de eo, utrum detur aliquid a priori, disputat.

Ac primum quidem inuenisse sibi visus est, Kantianos in usu formulae a priori, esse adeo inconstantes, ut pro re nata in scriptis suis, quatuor potissimum significationibus ludant. *Primo*, inquit, *intelligunt subiectiuam, praerequisitamque repraesentationis omnis (sensus intellectus rationis experientiae) formam legemque, duobus, necessitatis & uniuersitatis characteribus distinctam. Secundo, id quod ex conceptu vel definitione rei deducitur; tertio, abstractum generale; quarto id, cuius notioni idea necessitatis includitur.*

Primum si recte intelligatur, utique id est, Kantianius a priori; illud scilicet, quod nullatenus per experientiam datur; nec dari potest, sed quod in ipso animo praeexistere necesse est, si experientia, repraesentationes, notiones, ideae, iudicia, ratiocinia possibilia sint, ita nec alia possibilia sint. Praeter hunc significatum nihil unquam Kantius, & eius veri discipuli hoc nomine *ex more suo* insignierunt; aut si indulgentes mori loquendi vulgari, aliquando fecerunt: tum sane, tanquam de re longe alia loquuti sunt. Ita e. gr. solicite distinguit Kantius ab illo significatu, alium olim vulgarem, ubi *tò* a priori, saepe significat etiam id, quod ex generali regula aliqua,

sed

ſed tamen ab experientia abſtracta, praeter immediatam experientiam ſequitur. Poteſt vero etiam iudicium aliquod eſſe a priori, & tamen materia iudicii empirica. Quod auctor in nota ſub Num. 2. miratur; quia ſcilicet non cogitauit, iudicii naturam, non tam ab eius materia, quam potius a ratione nexus praedicati cum ſubiecto pendere. Haec autem poteſt eſſe a priori, etiamſi materia h. e. ſubiectum & praedicatum a poſteriori ſit. Reliquos tres ſignificatus, quos inueniſſe ſibi viſus eſt, in ſcriptis Kantianis auctor, aut non intelligentia, aut grauior iſto peperit error. Nam

2. Definitiones Kantium pro fonte notionum & iudiciorum a priori habuiſſe, adeo abſurdum eſt: ut potius definitiones veri nominis (extra matheſim, ubi & ipſae priori ſignificatu a priori ſunt) omnino negauerit: vide Criticen rationis purae pag. 755 — 757. Nec igitur ex definitione experientiae, ut auctor male putat, categorias deduxit. Kantius experientiam nunquam definiuit, neque iuxta principia ſua, ſomniare potuit de eius definitione. Aliud eſt ſcilicet definire, h. e. conceptum rei internae omnino iam determinatum praeſtruere corollariis inſeruiendum: aliud, notionem ſumere determinandam, & ducere externos tantum limites, ut conueniat, de quo ſermo ſit. Poſterius fecit Kantius, &

nouo

nouo labore inuenit illud, quod experientiam dicimus, nisi praestructis a priori categoriis fieri non posse. Non igitur posuit in notionem experientiae categorias, quae quaerendae prius erant, sed necessitatem illarum ad genesin illius, quod experientiam dicimus, a priori inuenit.

3. Qui autem tertium *tu* a priori, in Kantio inuenerit, si locum laudatum ex Kantio inspicias, credere vix possis. „Wenn wir, inquit Kantius, von allem Inhalte eines Urtheils überhaupt abstrahiren, und nur auf die bloße Verstandesform acht geben; so finden wir u. s. w. Vocem abstrahiren, cuius primo obtutu significatus Kantio solennis — negligere, non attendere — cuilibet patet, contra & philosophi nostri usum, & nexum verborum putabat abstractionem notionis generalis significare. Analysis autem Kantiana, qua tabellam notionum purarum ex iudicii forma in genere descripsit, longe est aliud, quam resolutio materiae notionis alicuius, ut distinctius cogitetur. Kantiana analysis occupatur disquirendis iis, quae ipsam facultatem intellectus efficiunt ad cognoscendam genesin notionum purarum. Unde clare patet, quod de illa valet, de hac valere non posse. Demonstrationem autem prioritatis, ut ait auctor, iudicii in genere formaliter sumti requirere, est, aut voces sine sensu fundere,

aut idem esse, idem negare. Iudicium enim si ei detrahas materiam & solam formam relinquas, h. e. nihil nisi coniunctionem duarum notionum, quae fit spontaneitate cogites, iam in ipso conceptu iudicii formaliter sumti, habes demonstrationem eius prioritatis.

Eodem loco negat auctor id, quod sit uniuersale h. e. ex sensu Kantii, quem respicit, non per inductionem efformatum, sed absolute ita uniuersaliter certum, ut nulla exceptio vel cogitari possit necessitatis conditionem coniunctam habere.

Negat porro, tale subiectiuum esse, h. e. affirmat talem uniuersalitatem absolutam, ad quam omnium hominum, qui fuere, sunt & erunt, experientia non sufficiat, experientiae deberi. (?) „*Ideas* vero *innatas dari quamuis non sit probabile, tamen dari posse adserit.*„ Ideas innatas, h. e. repraesentationes, quae non repraesentent! Igitur repraesentati Non repraesentatio — possibilis at non probabilis.

4. Quartum significatum *tu* a priori, quem Kantio adsuit auctor, accepit ex charactere notionis a priori Kantiano scilicet necessitate absoluta. Kantius puta ad discernendam facilius cognitionem aliquam a priori, duos characteres indissolubiles constituit: quaecunque, inquit, sententia cum conscientia absolutae necessitatis & uniuersalita-

salitatis cogitatur, illa certo est a priori; quia experientia nos docere quidem potest, aliquid esse, sed nullum casum esse, aut esse posse, ubi alias sit, aut esse possit, atque adeo necessario ita esse debere, docere non potest. Quis in his characteribus nouam definitionem quaerat, h. e. nouam rem, & distinctam ab illa num. 1. a Kantio cogitatam esse existimauerit? Sed *non omne*, inquit, *necessarium simul uniuersale (?) aut repraesentationis forma est (?)* Mirabile hoc dubii phoenomenon & tam perplexos obseruationum auctoris & exemplorum (a pag. 35 — 44) labyrinthos inde ortos facile videbis, quod nec quid necessarium & uniuersale; nec quid synthetica quid analytica propositio Kantio sit, tenuerit

Pag. 44. incipit inquirere: num dentur notiones propositionesque (sensu Kantiano) a priori? Ubi bilem lectoris misericordia temperet, dum legerit: „*Dari tales notiones ac propositiones Kant exemplis probare conatur; quorum pleraque, cum eorum falsitas, statim in oculos incurrat, referre esset superuacaneum.*„ Causae spatii, temporis, categoriarum non esse a priori inferius demonstraturum se esse promittit. Hic totam rem confecturum se esse putat, si neglecta deductione prioritatis notionum & iudiciorum Kantiana conclusionem (?!) negat propterea, quod sibi persua-

deat, notiones aliquas esse necessarias, neque tamen a priori; — & iudicia synthetica necessaria experientia demonstrari posse. Quare plenus exspectatione victoriae

a, quaestione dilemmatica ad *miseras* Kantium compellit angustias, ex quibus eum elabi, nisi positis armis, non posse confidit. *Liceat*, inquit, *hic mihi quaerere ex Kantio: num omnes, vel quaedam tantum notiones, ideam necessitatis includentes, sint, a priori? si prius adserat, tum omnes relatiuae, consequenter etiam patris & filii, montis & vallis, fluminis & aluei, empiricae notiones a priori erunt. Haec enim omnes in necessarias resolui possunt propositiones.*„ Quandoquidem Kantium scimus ad certamen hoc non descensurum: ne omnino contemti videantur tanti animi, nos tela ista excipiemus.

Ac primum quidem dilemmatica quaestione opus non fuit. Scire enim debuisset auctor, omnes omnino notiones & propositiones, quae cum absoluta cogitantur necessitate Kantio esse a priori. Relatiuae autem notiones, quatenus sunt notiones a materia discretae, eatenus empiricae non sunt. Patris & filii notio, quatenus nihil aliud cogitatur, quam relatio, h. e. quatenus alius in alio rationem existentiae habet, eatenus non est empirica, sed a priori. Montis & vallis repraesentatio, quatenus est empiri-

pirica, h. e. quoad materiam, neque eſt neceſſaria, neque igitur a priori. Sed ſi materiam eiecero, ita ut nihil aliud maneat, quam ſpatia determinata, quorum unum determinet aliud; eatenus ſunt notiones neceſſariae, & propterea etiam a priori.

b. Iudicia a priori nulla eſſe, probare auctor ſtudet, deſtruendo uno exemplo illuſtrationis cauſa a Kantio allato propoſitionis ſynthetico - mathematicae. Kantius ſcilicet omnia iudicia mathematica *ſynthetica a priori* eſſe, demonſtrat ex eo, quod, quia cum neceſſitate cogitantur abſoluta, empirica eſſe nequeant; quia vero praedicatum ex ſubiecti notione euolui in illis non poteſt, ſed per intuitum extra notionem ſubiecti quaeri, ac per ſyntheſin cum ſubiecto coniungi debet; ſynthetica dici oporteant. Ad illuſtrandam (non probandam) ſyntheticam mathematum conditionem (non prioritatem) adfert exempla ex matheſi pura, & primum quidem ex arithmetica: $7 + 5 = 12$ eſt, inquit, ſynthetica propoſitio. Ratio: quia ex mera notione $7 + 5$ quomodocunque eam verſes, niſi intuitum in ſubſidium voces, & per ſyntheſin tibi notionem 12 crees, nunquam analyſi hanc conſequaris.

Iam mirere, quomodo auctor hanc propoſitionem eſſe ſyntheticam negando, ſperare poſſit, ſe effecturum, eandem nec a

priori esse posse. Secus cur hic de Synthetica eius conditione disputasset? Sed

a, non negat omnino esse syntheticam, quin potius mox syntheticam, mox analyticam esse posse adserit; prouti, inquit, quis notioni 7 + 5 *to* duodecim vel inclusit, vel non inclusit. Quasi hic de eo sermo sit, quid aliquid notioni alicui incluserit; nec potius, quid notio natura sua obiectiue inuoluat. Si obiectiue sumta (ut sumi debet) propositio haec: 7 + 5 = 12 potest esse, & synthetica, & analytica: sequitur, ut praedicatum in subiecto & contineatur, & non contineatur, h. e, ut idem sit simul, & non sit.

b. Sed si, inquit, veritatem huius formulae ex intuitu puro repetis; rei, quae huius exemplo probanda esset, veritatem iam supponis. Resp. Exemplum non probandi, sed illustrandi causa est allatum. Probatio rei erat sequens: Si mathematica iudicia neque sunt empirica, neque analytica: sequitur esse synthetica a priori. Medios terminos minoris vide supra sub Num. 6.

c. Loco tertio, ubi laudatam propositionem negat dici posse Kantiano sensu a priore, quod uniuersalis (dicere debuisset: uniuersaliter vera) sibi esse non videatur: error iam supra, sub num. 3. monstratus, recurrit. Kantius scilicet, dum characterem iudicii a priori, *uniuersalitatem* ponit;

per

per hanc intelligit talem eius certitudinem, ut nullo in casu vera esse non possit, quo sane non excludit *iudicia singularia*. Nam singularis propositio, h. e. non abstracta, ita omnino certa esse potest, ut nulla exceptio possibilis sit, ususque eius, uniuersalis esse potest. Et tale sane est hoc iudicium $7 + 5 = 12$ Est singulare, quia unico tantum modo est possibile. Sed est simul uniuersaliter verum, quia in omni casu, h. e. recurrente eodem intuitu, sine omni dubitatione, & cum conscientia necessitatis eo utor.

d. Quinto loco negat auctor laudatum iudicium esse purum, negat omnia obiecta matheseos purae, esse Kantiano significatu pura. *Quia numeri*, inquit, *sunt quantitates discretae generales a quantitatibus concretis, quae experientia nobis innotescunt, abstractae.*

Ab eo, qui cognoscendi veri causa disputat, merito expectamus, ut, si sententiam alterius oppugnat, in principia primum, quibus fulta est, inquirat: ab eo, qui periclitandi h. e. ostentandi causa omnia diuersa defendit, minimum memoriam dictorum suorum iure desideramus, ne quolibet momento in alia omnia labatur. Vix elocutus est sub num. c. auctor iudicium $7 + 5 = 12$ singulare esse, iam idem ipsum, & omnes numeros abstracta generalissima

esse ait. Si neglecta hac inconstantiae nota, quaeritur, qui suam demonstret sententiam? „*Ita* inquit *numerum Ernesti definit.*„ Quasi vero hic de eo ageretur, quid Ernesti explicandi nominis causa in institutionibus arithmeticis numerum dixerit, nec potius, quae eius natura in philosophia esse debeat? Si numeri repraesentatio est notio abstracta generalis: quaeritur, quae sunt eius species? quae individua? aut: a quibus obiectis numerum millionarium abstraxisti? Numerus est, unum totum, non autem, genus; sub quo non sint species, sed in quo partes ope intuitus distinguantur.

Idem est labyrinthus in coeteris capitibus huius disputationis cl. R. per quem si exitus parari deberet: explicandum esset totum systema Kantii; deinde ordo materiarum disputationis, longe alter tenendus esset. Quod, quanto clarius ex iis, quae hactenus dicta sunt, patere confidimus; tanto maiore iure in coeteris partibus dispiciendis & refellendis labori molesto parcendum putamus. Et vero iam praeterea limites nostros transiisse videbimur. Sed breuitatem crisis in hoc genere disputationis non patitur: praesertim, cum hoc agendum nobis fuisse credimus, ne vel in auctorem generali iudicio iniqui videremur, vel erro-

res

res reticentes, veritatem auctoritate — opprimere pateremur.

Capite III. eadem, qua hactenus, ratione disputat: de phoenomenis, & transcendentali Idealismo; Capite IV, de natura & experientia. Partis posterioris Capite I, de sensu, spatio, & tempore, (quod omnium primo loco esse debuisset.) Capite II, de intellectu puro; Cap. III. de ratione pura.

EX THEOLOGIA.

Posonii, apud Franciscum Augustinum Patzko. 1787. **Náboženské Písně, které w německém gazyku složil C. F. Gellert, někdy w Akadémii (rectius Akadémyi) Lipské včitel, pro gegich pak wžitečnost w slowěnčinu wwedl, a k nim některé nowé připogil Samuel Czernianský, Cyrk. (rectius Cyrk.) Ew. Bátowské Sk. B. Bazatel.** paginarum 160.

Sacri hymni beati Gellerti semper omnino erant, & sunt hucdum apud omnes in pretio. Equidem, vix in illis, sive artem poëticam, sive cultiorem vernaculum sermonem, sive pium animi ardorem in auctore spectes, quidpiam desideraueris. Singulari proinde dignum est laude venerandi Csernyanszkii studium, quo in interpretatione eximii huius Gelertiani laboris versatus est.

Ceterum ex animo dolemus, rhythmis non undiquaque ſatis factum eſſe. Eos, qui in duabus, nonnunquam vero in tribus ſibi mutuo reſpondent ſyllabis, Doleſchalius in ſua grammatica slauico-bohemica, excellentes adpellat; & hi quidem ab omnibus, tum germanis, tum aliis etiam quibusuis noſtro tempore quam diligentiſſime obſeruantur. Doleſchalius pag. 178. grammaticae ſuae, haec ſcribit: „*Excellens rhythmus eſt, in quo finales ſyllabae tres, vel minimum duae, totidem literis & uniformi ſono conſpirant:* pagina vero 180. obſeru. 5. *In componendis cantilenis noſtro tempore* (ſcripſit vero anno XLVI. huius ſeculi) *iam abſtinendum eſſet ab illa confuſione ſyllabarum longarum cum breuibus, ne ita miſceantur quadrata rotundis, quod antiqui male obſeruarunt.*„ Gellertus certe, nunquam non harmoniae vel duarum ſyllabarum, (monoſyllaba, & his ſimilia ſi exceperis) ſolertiſſime ſtuduit, nec facile, eum ab hac regula aberaſſe deprehenderis. Verum in translationibus Csernyánſzkianis, ne unum quidem inuenies vitio rhythmi carentem hymnum. Nos unum atque alterum exempli cauſa, fortuito nobis occurrentem in medium adducimus.

pag. 9. Na Bohu ne na mé raddě (rectius radě)

Cchcý mé ſſtěſtj ſtawěti,

A w

A w toho, kterýž stwořil
mne,
Z celé dusse daufati;
Ten, genž w swěté
Wssecko wede,
Bude, co otec milý
Nésti mne w každau
chwjli.

pag. 14. Když sem w nemocy mé stonal
Wolage: Pane, pomoz!
Tu hned Bůh mocný se
ozwal
A vlewil mau nemoc.

pag. 25. Giž mé winny (rectius winy)
Do zaufánj
Nepřiwdau mé srdce,
Neb ty, Pane
Dáwáš se mně
Za. laskawého otce.

pag. 31. Ty nassj (rectius nássi *) zemi na-
págjš
Nám vtěssený stůl strogjš,
Obile (rectius obilj vel obilé) wjno,
wesselost, (rectius weselost,)
Vděluge nám twá milost.

pag. 47. Pakli tá náchýlnost w tobě
Někdy klesati počne;

Rcyž:

*) Nassj, est casus instrumentalis; nássi, casus accusatiuus. Vid. grammat. Caroli Thami lexico nationali praepositam.

Rcyž: Bůh láska gest
a sebe
Za přjklad předstawil mně.

pag. 75. Gestli se ljbj tobě; wzdal (rectius wzdal) ode mne
Wsselikau bjdu, deg mi
dni pokogné;
Pakli mé wěčné sstěstj chce
tak mjti; Rád chcý trpěti:

Ultro tamen & nonnullorum versuum facimus mentionem, in quibus nihil, praeter metrum *) desideramus.

pag. 16. Bože! celé prirozenj
Probuzuge mne k chwálenj
Twé mocy a maudrosti;
Co gen koli sebe powažugi,
A wůkd sebe spatrugi,
Gest znak twé důstognosti;
Wssecko stwořenj wessele
(rectius wesele)
Sláwj swého Stwořitele.

pag. 20.

---

*) Etsi poëtae slaui atque bohemi rarissime metrum obseruauerint: operae tamen pretium foret, Germanos aliosque imitari, etquidem eo diligentius, quo sermo bohemicus pangendis ad metrum carminibus aptior est. Qui metrum in carminibus suis adhibuerunt, fuere, M. Laurentius *Nudozerinus*, Pannonius; D. Iohannes *Turnouius* in Polon. Conf. Boh. Superattendens, I. A. *Comenius*, & alii.

pag. 20. Twá Božská moc nás z ničeho
řeměslně (rectius řemeslně)
stwořila,
Nám pohodlj rozličného
Vděliti ráčila;
Když sme pak nassj zlostj
Vpadli do žalosti;
Twá milost to spůsobila,
By nám smrt nic nesskodila.

pag. 89. Neb wjm, že po krátké neresti
(rectius neřesti)
Wěku časného
Ráčiž mne laskawé přiwésti
Do ráge twého,
W němžto wěčně
Chwálit budu srdečně
Tebe Boha důstogného.

Hinc, immo ex toto labore clarissime patet, venerandum auctorem translationis huius, & in reliquo labore pari industria, regulis poëseos rhythmicae ex asse respondenti, versari potuisse. Bene quidem nouimus, quid Gellertus in praefatione super hymnis sacris pag. 83. editionis Lipsiensis anni 1769. Tomi operum suorum 1. dicat: „Da die Geistlichen Gesänge nicht wie die andere Arten der Poesie das Vergnügen zu ihrer Hauptabsicht haben: so soll man für den Wohlklang weniger besorgt seyn, als für das Nachdrückliche und Kräftige.

Ein

Ein kleiner Fehler, ohne den eine grössere Schönheit nicht wohl erreicht werden kann, hört auf an demselben Orte ein Fehler zu seyn. „Sed eadem pagina porro serio monet: „Dadurch will ich aber weder meinen Freyheiten eine Schutzrede halten, noch jungen Dichter in der Nachlässigkeit des Wohlklanges und Versbaues bestärken.„ Et nos quidem etiam libentissime in traslatione hac, unum alterumue pateremur errorem rhythmicum, nec monuissemus quidpiam; nisi frequentia in singulis certe hymnis deprehendissemus vitia, in quae serio animaduertere, officium censorum est.

Quod reliquum est, etiam atque etiam oramus venerandum interpretem, ut spem quam uberiorum in hoc genere lucubrationum suis popularibus in praefatione opusculi facit, adimplere, & consilia nostra candida atque amica aequi bonique consulere velit.

Poso-

Posonii, apud Sim. Petr. Weberum: Rede, welche bey dem höchstschmerzlichen Hintritte Sr. Kaiserl. Königl. Majestät Leopolds des Zweyten, in der deutschen Kirche der Augsburgischen Konfessionsverwandten in Preßburg den 15. April des 1792. Jahres gehalten worden von Franz Trentschanßky evangelischen Prediger daselbst. Paginarum 28.

Cum voluptate animi legimus hanc immortalis memoriae imperatoris ac regis, *LEOPOLDI II.* panegyricum. Delectabamur vero praecipue singulari orationis argumento, exemplari popularitate, sermone terso, & ipsa illa felici arte, qua venerandus *Trentschanszky*, veritates animis auditorum prosperrimo successu insinuare nouit. Textus orationis desumtus est ex Prou. 10, 7. quem prius succincte explicuit, dein vero demonstrare studuit, *Leopoldum* omnino apud populos suae curae creditos, sempiternam sui meruisse memoriam. Causas duas adduxit, virtutes, quippe animo proprias, & illustria facta populorum salutem promouentia. Quod iterum probat historica primae iuuentutis eius descriptione, dein rerum in Hetruria, post autem apud nos gestarum omni fide digna recensio-

censione. Iuuat quaedam loca excerpere, ut ex his praestantia sacri huius sermonis, quem omnibus maiorem in modum commendamus, eo clarius pateat.

Pag. 7. illustrat auctor contrario beneficam *LEOPOLDI* vitam: „Freylich tritt hier auch oft der Fall ein, daß selbst Fürsten durch falsche Begriffe von Ehre irre geführt, auf dem Wege des Lasters, durch grausame Thaten, dadurch, daß sie die Plage und Geißel der Menscheit waren, dadurch, daß sie den Frieden störten, Völker unterjochten, Ströme von Blut vergossen hatten, groß zu seyn, und sich einen unsterblichen Namen bey der Nachwelt zu machen glaubten. Allein, eine solche Größe kennet der Weise, der Rechtschaffene nicht; denn wie könnte das ein gesegnetes Andenken heißen, welches die Menschen an Bedrückungen erinnert, darunter sie einst seufzten; welches die Thränen aufs neue fließend macht, die ihnen einst ihr Schmerz erpreßte, welches ihre Seele niederschlägt, die durch die Vergessenheit erlittener Uebel einigermassen getröstet war, welches mit einem Worte die Traurigkeit erneuert, und die Wunde aufreißt, die kaum zu heilen angefangen hatte. Nein, ein gesegnetes Andenken, darf in den Herzen eines Volkes, bey dem es sich erhalten soll, kein Mißvergnügen rege machen, es muß

muß stille Bewunderung, frohe dankbare Erinnerung an einen Menschenfreund seyn, der das Glück und die Freude einst seiner Brüder war.„

Pag. 10. ubi eum, tanquam sapientem legislatorem ob oculos auditorum sistit, elegantissimae legis ab eo latae facit mentionem: „Schon das ist Beweis genug, daß er selbst die Beleidigung seiner erhabenen Person, der Beleidigung jedes andern rechtschaffenen Mannes im Staate gleich hielt, und gleiche Gesetze und Strafen, darüber bestimmt hatte.„

Pag. 12. laudat auctor pacis studium tum tenerrimo populi amore coniunctum in *Leopoldo*: „So wie die anbrechende Morgenröthe die Finsterniß der Nacht verscheucht, verschwand bey Leopolds Ankunft jede trübe Wolke, Gefahren, Mißtrauen, sowohl der Mächte, als der Unterthanen verloren sich, selbst der fürchterliche Krieg nahte sich seinem Ende. Er zog das Glück Frieden zu stiften, den Trophäen des Sieges vor, weil diese mit dem Blute treuer Bürger, das er zu sehr schuzte, hätte erkauft werden müssen. Mit diesem Frieden kehrte innerliche Ruhe und Ordnung zurück, alles pries seine Weisheit, und wünschte nun lange unter seinem Schutze ruhig zu wohnen.„

Pag. 14. explicat auctor quantopere populos absque discrimine religionis, omnium felicitati toto intentus animo, dilexerit *Leopoldus*: „Es fielen ja auch auf uns die wohlthätigen Strahlen seiner Menschenliebe, er vergaß nie, daß auch wir zu seinem Volke gehören, er befestigt die christliche Religionsduldung, die unter Josephs Regierung aufzukeimen anfieng, er bestättigt und erweitert alle die edlen Rechte der Menschheit, einer ungestörten Religionsübung und Gewissensfreyheit, er giebt, er thut, was die verschiedene Religionsparthey-en seiner Lande auf immer befriedigen kann.„

Ceterum unum est, quod in precatione, sermonem concomitante excipimus. oratio quippe pro mortuis, quae principiis euangelicae doctrinae omnino aduersatur. Ita vero, cum uniuersa congregati populi concione orat auctor: „Verkläre o Gott seinen Geist in jener Welt, laß ihn, da er mit Mühe und Arbeit gesäet hat, mit Freuden ärndten, gieb ihm den verdienten Lohn treuer Fürsten, die das Glück und die Freude ihres Volkes waren. Die unvergängliche Krone des ewigen Lebens, ersetze ihm den Verlust seiner Reiche, die er in dieser Welt zurück ließ.„

IX.

IX.

Epiſtola anonymi Schemnicienſis XVIII. Cal. Maii ad nos exarata argumenti liturgici.

De iis, quae in cultu ſacro adiaphora ſunt, integrum eſt eccleſiis Dei conſtituere ita, ut exiſtimant deuotionem et Numinis ſummi reuerentiam optime & certiſſime adiuuari poſſe. Idem ſuadet Art. XV. Confeſſionis Auguſtanae, qui ita habet: „*De ritibus eccleſiaſticis docent, quod ritus illi ſeruandi ſint, qui ſine peccato ſeruari poſſunt, et proſunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in eccleſia, ſicut certae feriae, feſta & ſimilia. De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conſcientiae onerentur, tanquam talis cultus ad ſalutem neceſſarius ſit.*„ Idem Apolog. IV. Art. de Eccleſ. §. 8. explicatur his verbis: „*Nec leues cauſae fuerunt, cur hunc articulum poneremus. Conſtat enim multas inanes opiniones de traditionibus ſerpſiſſe in eccleſiam. Nonnulli putauerunt, humanas traditiones neceſſarios cultus eſſe ad promerendam iuſtificationem. Et poſtea diſpu-*

disputauerunt, qui fieret, quod tanta varietate coleretur Deus, quasi vero obseruationes illae essent cultus, et non potius externae & politicae ordinationes, nihil ad iustitiam cordis, seu cultum Dei pertinentes, quae alibi casu, alibi propter quasdam probabiles rationes variant. Item aliae ecclesiae alias propter tales traditiones excomunicauerunt, ut propter obseruantiam Paschatis, picturas & res similes. Unde imperiti existimauerunt, fidem seu iustitiam cordis coram Deo non posse existere sine his obseruationibus. Extant enim de hoc negotio multa inepta scripta Summistarum & aliorum.„ Unde quidem patet, absque peccato quaedam in ritualibus immutari posse saluo dogmate. Huc refero sic dictas collectas in ecclesiis Aug. Conf. addictis ante aram usitatis. Huc refero antiphonam illam: Der Herr sey mit euch! Pán Bůh budiž s wámi! De utroque hac vice tria, ut aiunt verba.

Et primum quidem de collectis. Universim hoc in optatis habeo, ut quae illis continentur metaphorica & mystica prorsus exulent, & commutentur cum formulis loquendi propriis, quas quisque recte capiat, et dum ei praeorantur, plene intelligat, ne quid oret, de quo nil cogitare nouit. Existimo tamen & aliud esse, quod homines plebejos impediat, quominus omnia

nia his in precatiunculis intelligant plene, etiamsi non impropriis aut mysticis terminis expressa sint. Est vero isthoc: sunt eae desumtae ex textibus euangelicis. Unde non potuit non fieri, ut materies earum cum ipsis textibus arcte cohaereat. Alluditur saepe ad expressionem in textu obuiam, et subinde ipsa illa allusio vel respectus ad verba Euangelii, praecipuum quiddam in eiusmodi precatiuncula est. Conceptu igitur facile est, non posse plene intelligere plebem hanc precatiunculam, si non intelligat textum. Verum intelligere textum prius nequit, quam is praelectus fuerit. Duo hinc sponte consequuntur: alterum, prius praelegendum esse textum, post praeorandam ex illo desumtam, illum recipientem, atque ad eundem alludentem oratiunculam: alterum; illico post praelectionem textus, eius quam breuissimam exegesim adiicieudam, cumprimis quoad illa, quae non ad omnium intelligentiam esse videntur. Posterius quidem difficultate sua laborat, et cum in cathedra praeterea explicationi textus locus sit, non omnibus sese commendabit: prius, si precatiunculae, seu sic dictae Collectae intelligi debeant, ita necessarium, quam quod maxime.

Et quia in pluribus ecclesiis moris est alterum textum, vel scilicet epistolicum, vel euangelicum ante aram, alterum in ca-

thedra praelegere, facile videbit quisque; dum epistolicus textus ad aram praelegitur, ex eo desumendam esse praecatiunculam, dum vero euangelicus, ex hoc; atque adeo duplicium collectarum necessitatem esse, epistolicarum aliarum, aliarum item euangelicarum, uti eas habet summe reuerendus Seilerus in promtuario liturgico (**Liturgisches Magazin.**)

Quantum iam adtinet ad antiphonam: **Der Herr sey mit euch.** **Pán Bůh budiž s wámi**; haec non toties esset repetenda, eo quod ipsa eius repetitio frequentior, animum, spiritum et vim voti, quod candidissimum esse deberet, enecet. Enimvero sacrorum minister hac formula concioni populi diuinam adprecatur gratiam, & praesentiam penes sacrum deuotionis opus. Et cum ecclesia eidem votum praecinente cantore reddit, quisque facile iudicauerit, non pro scopo cani: „**Und mit seinem Geiste!** **Y s duchem swým!**„ Cum enim animus concionis sit, suo pastori idem reddendi votum, quod ille in sinum eius fudit, idem ei adprecandi, quod ille precabatur; patet canendum esse: „**Und mit deinem Geiste!** **Y s duchem twým!**„ quasi diceret: Deus tuum animum ita regat, ita praesentia sua te animet, ut nihil nisi, quod deuotionem & salutem nostram spirat, & adiuuat, loquaris & agas. Si prouocare licet ad testimonia,

nia, prouoco ad liturgiam antiquam latinam, quae docet, paſtori cantanti: „*dominus vobiscum!*„ a choro reſpondendum eſſe: „*et cum ſpiritu tuo! (non ſuo)*„ Prouoco etiam ad eccleſiam atque liturgiam graecam. Sed haec modo lectoribus amicis ſuffecerint. Dabam Schemnicii XVIII. Cal. Maii. CIↃIↃCCXCIII.

X.

MEMORABILIORES EUENTUS.

I.

Ratio inſtituti ad ſubleuandas viduas orphanosque verbi diuini miniſtrorum Aug. Conf. addictorum in venerabili contubernio Magno-Hontenſi A. Domini CIↃIↃCCLXXXIX. publice recepti.

Jac. 1, 27. Religio munda & immaculata apud Deum et patrem haec eſt: Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.

Quod in ſocietatibus quibusuis ciuilibus bene ordinatis fieri videmus, ut, qui iis adſcribuntur, dum finem, ad quem obtinendum coaluerunt, communi conſilio et opera conſectantur, impedimenta quoque, quae ſe iis obiiciunt, iunctis viribus remouere conentur, id merito A. C. addi-

cta-

ſtarum Eccleſiarum V. D. Miniſtri, qui ex ſcopo, quem ſibi propoſuerunt, ſacro, ſocietatem etiam ſacram conſtituunt, ſemper agendum ſibi eſſe putarunt. Habet enim profecto haec eorum ſocietas ſua, quibus perpetuo obniti debeat, impedimenta; quae, cum partim a praeconceptis hominum, cum quibus iis viuendum eſt, opinionibus praui-sque ſtudiis, partim a temporum iniuriis, partim denique ab ipſa officii eorum praepoſtera ſaepe adminiſtratione proueniant: quemadmodum magna & varia eſſe ſolent; ita illorum, qui iis tollendis, aut imminuendis ſunt pares, vigilantem ſane diuerſamque curam expoſcunt. Qua quidem in re, et iam multi utriusque reipublicae, doctrina, experientia et auctoritate pollentes viri, praeclaram nauarunt operam, & porro quam plurima poſteritati agenda relicta eſſe videmus.

In his tamen unum adhuc intactum fere manſit malum, quo vehementer ſacrae premuntur ſocietates, nimirum „*res anguſta domi*„ cuius orginem & cauſas optime norunt ii, quibus paulo diligentius in ſanctiori omnis aeui hiſtoria verſari contigit, & qui aetatis, quam viuimus genium, ſibi perſpectum reddiderunt. Longe vero eſt utilior illorum cura, qui, dum ſocietatis ſacrae commodis fruuntur, quantum in ipſis eſt, huic eius malo mederi conantur, perſuaſi,

ſuaſi, tantum ad ſocietatis, cui ſe addixerunt, utilitates publicas acceſſurum, quantum ſingulorum eius membrorum res familiaris amplior, aut ſaltim magis reddita fuerit tolerabilis. Enimuero auctis hac noſtra aetate vitae neceſſitatibus, illis, quae frugalis antiquitas, ſacris laboribus, tum quidem ex aequo ſtatuerat praemiis, multi etſi maxime vellent, haud contenti, praeſertim, ſi numeroſa iis alenda ſit proles, anxie ſaepe, varios quaerunt vitae conſeruandae modos: neque tamen omni hac ſua moleſta cura plus proficiunt, quam ut, manente quidem vita, aduerſus extremam paupertatem, ſe ſuosque tueantur; aut ſi votis magis reſpondeat euentus, ſic ſatis commode viuant; rariſſime tamen, uxori haereditatem, & liberis alicuius nominis patrimonium relinquant.

Quid igitur mirum, ſi in hac rerum egeſtate, moleſtiſſimis angantur ſollicitudinibus, ſi ſaepe occaſiones praeclare exequendarum muneris partium dimittant, ſi denique poſt fata uxorem, cum cara, ſed quod miſerrimum eſt, ob inopiam, haud bene ſatis educata prole, triſtiſſimae ſorti, & quibusuis fortunae caſibus obiiciant. Unde iterum fieri ſolet, ut poſt eos nonnulla in contrahendis felicius matrimoniis magnis experiantur difficultates, neque ſatis officii ſacri tueri poſſint dignitatem.

Ita-

Itaque hoc noſtrum M. Hontenſe Contubernium, collatis mutuo publice priuatimque ſententiis, ſaepius diſceptauit, quo pacto huic malo, quo & ipſum in membris ſuis laborat, efficaciter obuiam iri, praeſertim autem, *viduarum orphanorumque* hoc ambitu comprehenſorum, communi omnium conſilio et ope, abſque tamen grauiori ſingulorum impendio, adiuuandorum modus tutiſſimus facillimusque ſtabiliri poſſet? Quod quidem adeo iam felici ſucceſſu actum eſt: ut omnibus ad curam hanc viduarum orphanorumque ſpectantibus accurate penſitatis, atque ad certam normam, quoad eius fieri potuit, exactis, tandem *idonea* quaedam *inſtituti*, quod iam his publicis tabulis noſtris exponimus, inſtarque legis adoptamus, ratio adornari potuerit.

In hac tria potiſſimum nobis conſideranda fuere, nimirum: notio, media adornandi conſeruandique, & ipſa adminiſtratio inſtituti; quae omnia totidem capitibus exactiſſime tenenda, hic a nobis abſoluuntur.

C A-

CAPUT I.

De notione inſtituti.

§. 1.

Generatim tenendum eſt, nos eccleſiarum A. C. addictarum verbi diuini miniſtros, eam in iuuandis viduabus orphanisque noſtris, iniiſſe rationem, qua commodis eorum, ex legibus mox a nobis ſanciendis, quantum neceſſe fuerit, & vires noſtrae, circumſtantiaeque admiſerint, prompte ac prudenter inſeruiretur.

§. 2.

Speciatim vero, quam ſuſcipimus viduarum & orphanorum cura, his fere limitibus definitur:

a, Viduae & orphani, capiendis beneficiis inſtitui alias pares, ſummam, quam ſors tulerit, pecuniae quotannis percipient.

b. Hoſpitiis poſteaquam, ut ſperamus ab eccleſiis adornata fuerint, gratis utentur.

c. In cauſis iuſtis & aequis contra maleuolos protegentur.

d. Orphani utriusque ſexus, quantum licuerit, conſilio & pecunia inſtruendi, ad ſcholas mittentur, ad prudenter item deligendum vitae genus felicitatemque ducentur.

CA

CAPUT II.

De mediis adornandi conſeruandique inſtituti.

§. 3.

Ut hoc inſtitutum noſtrum, quemadmodum feliciter adornatur, ita florentiſſimum ſemper conſeruetur; fontes nobis certiſſimi recludendi ſunt, unde beneficia in viduas & orphanos promanare poſſint. Hos autem, quia res noſtra agitur, in noſtrae quoque ſocietatis gremio merito quaerendos eſſe putamus. Itaque ab omnibus, qui ad hanc ſocietatem inſtituti nobiſcum colendam adiecerint, ſubſcriptioneque declarariut animum, ad *Fiſcum* communem, ſymbolae pecuniariae, quotanis conferendae erunt: quod ut commode, iuſtaque ratione fieri poſſit, ſequentia deliberato a nobis conſilio conſtituuntur.

§. 4.

Omnes in eccleſiarum euangelicarum ſtationibus locati viri, qui ad hanc inſtituti ſocietatem acceſſerint, relate ad praemia, quae in ipſo aditu ad munus, cuiusque laboribus ſacris lege vocationis decernuntur, iuxta praeuie a ſingulis apud *Seniorem*, edendam de iisdem faſſionem, ad certas claſſes

infra

infra ponendas referantur: claſſibus autem conſtitutis, illi, qui ſua recta atque ſocietatis publica ſententia, ad quandam earum, *ob fructum*, quem conſtanter in ſtatione ſua percipiunt, ponentur, eiusdem ſui annui ad pecuniae menſuram exigendi fructus, centeſimam partem, a proximis, quas nobiſcum egerint Kalendis Ianuariis, viritim quotannis pendant.

Tabella claſſium,
in iisque praeſtandarum ſymbolarum.

Claſſis	I.	habent	prouent.	—	ſoluet.
—	II.	—	—	—	—
—	III.	—	—	—	—
—	IV.	—	—	—	—
—	V.	—	—	—	—

Et cum Senioratus huius M. Hontenſis verbi diuini miniſtri de fructu, quem in ſtationibus ſuis conſtanter percipiunt, rogati, iam declarationes ſuas *Seniori* ſcripto exhibuerint: ad praemiſſam tabellam claſſium ſymbolarumque hac ratione referuntur.

Claſſis I. *Schemnicienſis*, *Bakabányenſis*, *Báthenſis*, *Egy-Házas-Marothenſis*, & *Csallienſis* verbi diuini miniſtri.

Claſſis II. *Datso-Lamenſis*, *Teſzérienſis*, *Cserienſis*, & *Praudorfenſis* V. D. MM.

Claſſis III. *Ledényenſis*, *Börs'önyenſis*, *Szuhányenſis*, *Közép-Palojtenſis*, *Pribelyrenſis*,

enſis, *Liſſóienſis* & *Kis - Csalomienſis*, V. D. MM.

Claſſis IV. *Felſö - Almaſienſis*, *Bagyanienſis*, *Bellujenſis*, *Daraſſienſis*, *Deuitsenſis*, *Hárſas - Terényenſis*, atque *Fakó - Vezekényenſis* in comitatu Barſienſi, V. D. MM.

Claſſis V. *Drjenouienſis*, *F. Rakonczenſis*, *Csankenſis*, & *Ders'enyenſis* V. D. Miniſtri.

Obſeru.

1. Ad ſocios inſtituti huius ſpectant quoque clariſſimi profeſſores duo gymnaſii Schemnicienſes, quorum alter primam delegit claſſem; altero ab acceſſu nunc quidem inopinate praepedito.

2. Ad claſſem quamcunque ſuperiorem ex inferiori tranſire, cuiuis pro ſe liberum, imo pro inſtituto optabile eſt, imprimis, ſi qui *ven. fratrum*, in enumeratione ſui prouentus errauerint, calculumque minorem, ac par eſt, iniuerint: ad inferiorem vero ex ſuperiori iisdem manentibus circumſtantiis, eosdemque prouentuum ſtatu, non item; ſed quisque ei, cui adſcriptus fuerit, aut quam ordinariae ſuae praetulerit, claſſi immoriatur.

§. 5.

Gaudemus ſane, plerosque omnes, quos paulo ante expoſuimus, hoc tempore nobiſcum arctius iunctos, in hocce contubernio verbi diuini praecones, ad hanc inſtitu-

ſtituti, quod nunc naturam pacti induit, ſocietatem haud grauate acceſſiſſe; prout & aliorum ven. Senioratum viros fratres, ad huiusce nobiſcum tenendam pacti communionem, perhumaniter inuitamus. An ipſi accedere velint, vel minus, id eſt, quod ſapienti eorum arbitrio relinquimus.

Quia vero ſocietas quaeuis eius eſt naturae, ut intra ſe, communi conſilio ea etiam ſtatuere poſſit, quae poſteri quoque, ſi quidem commodis eius frui volunt, obſeruare debeant; quia porro vi pacti illis, qui ex eo aliquamdiu oneri communi ſubiacebunt, viciſſim ius non precarium, ſed verum et perfectum, quale nos nobis & aliis in hac ſocietate pollicemur, ad communia beneficia naſcetur: nihil ſane nos abs re facere arbitramur, dum pactum hoc noſtrum, ad viros in ſtationibus, quas nunc tuemur, nobis ſucceſſione legitima ſufficiendos etiam extendimus, atque eorum quoque nomine adeo inimus, ut excludi nunquam, admitti vero ſemper debeant.

Quinimo ſtatim in aditu muneris ſacri apud nos, eos per *Seniorem* inſtrui oportebit, quid in hac ſocietate teneamus ſperemusque, ut, ubi *matricae paſtorum Hontenſium* nomen inſeruerint, etiam in hanc recipi poſſint ſocietatem.

Obſeru. Ad conſeruandum inſtitutum hocce, neceſſarium eſt recipi noua membra

bra societatis. Nam nisi id fiat: emortuis veteribus, ipse fiscus emoriatur, necesse est. Quam in rem praeclare commentatur vir omni encomio maior, *Süssmilch* in libro: **Göttliche Ordnung in den Veränderungen des menschlichen Geschlechts.** Parte III. a pag. 463.

§. 6.

Praeter hanc certam, in instituto hoc, constituendi fisci rationem, nonnulli adhuc fontes, *incerti* illi quidem, si temporis & numeri, quo viduae orphanique opem nostram efflagitabunt, exactam spectes mensuram, sed tamen tales, ex quibus instituto serius ocius, haud parum praesidii & ornamenti conciliari potest, studiose nobis perquirendi sunt. Quam quidem in rem seqq. praecipimus:

1. Cum in progressu instituti sperandum sit uno atque altero anno, viduas & orphanos, aut omnino nullos, aut pauciores, quam quibus collata pecunia omnis numerari possit ac debeat, adfuturos: quidquid ex prioribus instituti rationibus, in fisco pecuniae remanserit, futurae, nouae, singulari ac urgentiori societatis necessitati, integrum, ac si fieri possit, foenore augendum caute seruator.

2. Ab incluto Patronatu nostro, quando & quomodo illis, quorum interierit, videbitur, beneficia pro viduabus orphanisque

noſtris ſollicite petuntor; quae tum, niſi praeſentiſſima ſocietatis neceſſitas, aut largitorum expreſſa voluntas, ſtatim impendi iuſſerit, itidem caute cum fructu adſeruantor.

3. Si cui noſtrum, exſtantiori prouidae Dei curae documento, publice honos habitus fuerit, aut domi res amplior acceſſerit: animo in datorem bonorum omnium grato, viduabus orphanisque noſtris ſtipem, ut libuerit, ſeu ſtatim diuidendam, ſeu ad fiſci incrementum libere offerto.

4. Ita etiam mulctae omnes, quae publica Senioratus auctoritate nobis, quod abſit, imponentur, fiſco huius inſtituti adſeruntor.

5. Dein, qui noſtrum coelibes, vidui, improles, in facultate tamen aliqua vixerint, praeſertim morti proximi, doctrina & profeſſione ſua digno, eoque prorſus ſingulari modo, libere tamen, fiſcum inſtituti ornanto, ac ſimul, quomodo beneficia ſua haberi velint, docento.

6. Quia denique viduarum & orphanorum tenerior cura ſuadet, ut eis hoſpitia quoque commoda procurentur: ne hac in re, quantum per circumſtantias licebit, *eccleſiae*, earumque *patroni*, ſocietatis noſtrae viduabus orphanisque deſint, per eos, quibus id negotii dabitur, enixiſſime rogantor.

§. 7.

§. 7.

Ceterum id, quod instituto huic nostro proprium fuerit, nunquam ad alia viduarum orphanorumque beneficia, quale *b. Pohlii*, ordinis nostri quondam *praejulis* meritissimi, ex ulla ratione referri; sed semper seorsim, intra societatis nostrae limites contineri debet. Itaque hoc nostrum institutum, viduabus orphanisque nostris, iure suo gaudentibus, in petendis obtinendisque alibi beneficiis, nullatenus fraudi esse potest.

CAPUT III.

De administratione instituti.

§. 8.

In administratione instituti huius tenenda sunt: *directio negotiorum, rationes acceptorum datorumque beneficiorum, & modus in subleuandis viduabus orphanisque.* Quae, quoniam pluribus inuolui possunt difficultatibus, paulo clarius hic a nobis exponi debent.

SECTIO I.

De directoribus instituti:

§. 9.

Directio instituti huius, generatim penes hoc Contubernium M. Hontense, in singulis vero partibus, penes V. C. *Seniorem*, Conseniorem, & Decanos erit, Inspectore Defensoris partes sustinente.

§. 10.

Itaque *Inspector Senioralis*, ut conseruandis augendisque instituti huius commodis intentus esse, contra quosuis maleuolos externos & internos ordinis huius turbatores, pii ac strenui viduarum orphanorumque *Defensoris* nomen & partes tueri, atque, si inter *Directores* instituti lites unquam exoriantur, eas pro prudentia & auctoritate sua, iuxta instituti leges, componere dignetur, publico societatis nostrae nomine, ut par est, rogatur.

§. 11.

Senior contubernii, & in casum *Consenior*, primi viduarum orphanorumque *Patris* honore insignis, haec ex instituto tenebit:

1. In regundo instituto *Senior* semper consilio & opera *Consenioris* & *Decanorum* utitor; eos, ut symbolas in prouinciis suis iu-

iusto tempore colligant, & ad fiscum, mittant moneto; cum iis, ac per eos beneficia inter viduas orphanosque diuidito; eos educationi orphanorum & censendis viduarum moribus adhibeto; ab iis consilia monitaque salutaria beneuole accipito; contra eorum sententiam, si terni consenserint, nihil in instituto suscipito, verum tali in casu omnium *Fratrum* vota colligito; diuisis autem eorum suffragiis, iuxta leges instituti auctoritate sua agito. Denique, in causam ab iisdem in rebus instituti adtractus, non obstante *Senioris*, quae hic integra manet dignitate, *Fratrum* omnium *Inspectorisque* sententiae se subiicito.

2. Vel morbido *Seniore*, vel vacante eius loco, *Consenior* omnia haec sui muneris esse putato.

3. Originem, progressum & mutationes minimas etiam instituti, libro publico eique singulari *Senior* inscribito, quem postea librum cuiuis socio, ac si videbitur, cuiuis alteri apud se inspiciendum praebeto.

4. Rationes *fisci* cognoscito & publice referto; pecuniae interim securitati, partim inspectione publici rationum libri, partim numeratione, dum placuerit, pecuniae apud fisci administrum suscipienda, sedulo caueto, idque iuris reliqui etiam *Directores instituti* habento.

5. Rem instituti literarum commercio publico societatis nomine tractato, eorumque praesertim, qui nobis, ut speramus, ex aliis *ven. Senioratibus* adscripti fuerint, commoda curae cordique habeto.

6. Acta instituti omnia, Fratribus contubernii, tempore & modo bene alias noto, publice referto.

§. 12.

Decani Seniorales, quorum hoc tempore quatuor numerantur, totidem numero *Patres viduarum orphanorumque* constituuntur. Horum officia:

1. *Decani* prouinciarum suarum, quibus praesunt, viduas orphanosque semper in numerato habento, clareque ac recte quotannis, cum omnibus necessariis circumstantiis, mense *Maio*, etiam non iussi, *Seniori* exponunto.

2. Eodem mense, a singulis prouinciarum suarum *sociis* pecuniarias symbolas, erga scriptum de perceptis testimonium collectas, ad fisci conseruatorem, ab eo aeque desuper testimonium accepturi mittunto.

3. In diuidenda quotannis inter viduas orphanosque instituti pecunia, non modo dexteri *Senioris* consultores, sed etiam beneficiorum proximi dispensatores adsunto, ut eorum rationes *Seniori* semper reddere possint.

4. Cui-

4. Cuiuis viduarum orphanorumque causae bonae & aequae omni cura inuigilanto, eamque aut ipsi, aut per alios graues prudentesque viros nostri ordinis, in loco cognoscunto, Seniori cum eo deliberaturi, referunto, atque ex instituti legibus diiudicanto.

5. Ut orphani intra hoc institutum eo melius educentur, Decani, quam obtinuerint pecuniam, ipsi, aut per alios, sancte ac prudenter in eorum veras necessitates impendunto; eis, praeuie expetita *Senioris* opinione, sine discrimine sexus, iusta aetate, intra hocce contubernium gratis in scholis discendi copiam faciunto, atque in deligendo utili honestoque vitae genere eos adiuuanto, de successu & euentu rei quomodocunque gestae, *Seniorem*, ut omnia publico libro inferere possit, certiorem semper reddituri.

6. De moribus viduarum orphanorumque, quibus inuigilabunt, ceterisque instituti rebus, tam sententiam rogati, quam alias, ubi necessum ac utile fuerit, ad Seniorem libere, & ex recta animi sui sententia loquuntor & scribunto, unice ideo, ut ex morum hac conformatione, maior ordini nostro possit conciliari honos.

Obs. Omnia haec, quae *Decanorum* sunt iura & officia, clarissimo Schemnicienſis scholae professori primo, quoad viduas, orphanosque publicorum iuuentutis praecep-

torum, ac etiam quoad orphanos V. D. Miniſtrorum, ex inſtituto in hac ſchola educandos, honorifice deferimus, atque commendamus.

SECTIO II.

De rationibus inſtituti.

§. 13.

Rationes acceptae et impenſae inſtituti pecuniae, *fiſci contubernialis administer* conficiet, qui haec tenebit:

1. Symbolas pecuniarias omnes ad inſtitutum collatas, menſe *Maio* a Decanis, quibus id ſcripto teſtabitur, recipito.

2. Statо tempore, quum inſtituti *directores* iuſſerint, ſingulo *Decano* pecuniam, viciſſim de hoc teſtimonium accepturus, numerato.

3. Si qua in foenore, ſiue publicis, ſiue, ubi ſufficienter cautum fuerit, priuatis locis, cum conſenſu *Directorum*, ponenda pecunia, quod ſperamus, fiſco adcreuerit, fructum ex ea quotannis redundaturum, opera *Directorum*, inſtituto adferito, rectеque rationibus ingerito.

4. Quoties in colligendis, aut diſtribuendis viduarum orphanorumque beneficiis, a *Directoribus* aliquid praeter, aut contra

in-

instituti leges admissum fuerit: toties *fisci administer* monendi facultate gaudens, nisi audiatur, causam clientum, apud *Inspectorem* & *Contubernium* agito, defendito.

5. Item, rationum ductarum, quotannis breuem extractum, a *Directoribus* cum omnibus societatis membris communicandum, conficito.

SECTIO III.

De modo beneficiorum.

§. 14.

In conferendis instituti beneficiis *modus ad certam normam exactus* tenendus est. Omnis autem eo redit quaestio, ut fixa stabilisque haec norma, secundum quam viduarum orphanorumque, ad institutum *habitus* cognosci, capacitasque determinari queat, constituatur.

§. 15.

Generatim itaque omnes viduae, quarum mariti, omnesque orphani, quorum patres huius instituti consortes, eiusdem fiscum symbolis suis auxere, ex summa pecuniae praesentis, quantum cuiusque necessitas, aequa a *Directoribus* ratione expendenda suaserit admiseritque, reddentur beneficiorum instituti participes.

§. 16.

Speciatim autem viduarum orphanorumque *neceſſitates* paulo curatius conſideratae, nobis beneficiorum recte diſtribuendorum modum, luculenter oſtendunt.

§. 17.

Quod ad *neceſſitates* clientum attinet, iis, hisce legibus obſeruandis, ſubueniri poteſt.

1. *Viduae*, quarum Sors huic nomini ex vero reſpondebit, *uſque ad vitae exitum*; ſi vero iterum nupſerint, *uſque ad haec vota ſecunda*, iure ex inſtituto percipiendae pecuniae gaudento. Illis autem, quae, quod Deus auertat, palam vitam profligatam ducerent, aut, quibus poſt fata mariti a ſacris noſtris, adeoque a ſocietate etiam hac noſtra recedere placeret, pecunia a maritis earum annue collata, quanta quanta eſt, ſimul redditor.

2. *Orphani utriusque ſexus* matre ſuperſtite, aut mortua, certam pecuniae ſummam, prout circumſtantiae ſuaſerint, ſiue maternae adponendam, ſiue *Decanis*, aut quos hi loco ſuo eſſe voluerint, credendam adminiſtrandamque, de lege uſque ad annum aetatis *quartum decimum* percipiunto; intra quatuor & decem annos autem, ſub cura *Decanorum*, qui etiam pueris educatores, puellabus educatrices, ſi opus fuerit,

rit conſtituent, in omnibus Senioratus huius ludis literariis, *Magiſtrorum* beneuolentia, gratis ad literas moresque ad honeſtatem ciuilem ac religionem chriſtianam compoſitos ſedulo ducuntor.

3. Elapſo tempore hoc, *pueri*, qui iam ad deligendum aliquod honeſtum utileque vitae genus, praeuio Decanorum examine et iudicio adducendi ſunt, ſi quidem ad ſcholas maiores mitti poſſint ac velint, beneficium, quo olim fruebantur, integrum, neque tamen per ipſosmet adminiſtrandum, uſque ad annum aetatis XVIII; in caſum vero, obſeruatione 2. inferius expreſſum, diutius etiam retinento, poſtea, praeter conſilia, & commendationes noſtras, ſi meruerint, publicas, nihil amplius a nobis habituri.

Si autem arti alicui liberali vel mechanicae tradendi veniant; *primo tyrocinii ſui anno*, portione annua, quam olim percipiebant, iuuantor, nihil iam poſtea a nobis, quam conſilia petituri.

4. *Puellabus quartum decimum annum* ſuperantibus pecuniae ſubſidia, donec nupſerint, quia ſeruire poſſunt, ſubtrahuntor: nubentibus vero *beneficium unius anni*, vel ſi neceſſitas extrema exigeret, *duplex* pecuniae, quam olim capiebant portio, niſi ea ſponte carere malint, dotis nomine, cum omnium noſtrum felicitatis voto, promte numerator. Interea vero conſultoribus &

im-

impulſoribus *Decanis*, Matronae iis graues & honeſtae ex ordine noſtro, quae cum orphanorum matribus, ſi vixerint, & opus fuerit, curam partiantur, praeficiuntor.

Obſeru.

a. Viduae orphanique, niſi horum numerus maior, aut utrinque acerba quaepiam orbitas adfuerit, primo, quo ad hanc ſortem peruenient anno, uſque ad proximas Kalendas Ianuarii anni ſecuturi, nihil ex inſtituto ſperare poſſunt, ſed proprie a dictis Kalendis Ianuariis annum ſuum primum, quo fructum ex inſtituto capient, auſpicabuntur. Ratio eſt in promtu. Nam eo tempore, quo adhuc morte *ſocii* noſtri, homines ad beneficientiam facile mouebuntur, viduae orphanique, noſtro ſubſidio carere poſſunt; & nimis inſtituti rationes turbarentur, ſi cuiuis clienti, ſuus annus calculusque tribueretur. Ceterum orphani ipſi, quod ad reliquam educationem attinet, illico poſt mortem patris, noſtra cura ſunt digniſſimi.

b. Orphanis, qui moriente patre, proxime agent, aut agunt annum aetatis decimum quartum, & exeunte hoc, a beneficiis reliquis ordinariis, quae alii diu ſaepe, a prima nimirum aetatula, uſque ad decimum quartum percipiunt, ſimpliciter arcentur, nihil omnino de lege, praeter ſupra, numeris tertio & quarto expoſita beneficia, amplius dari poteſt. Quia tamen

extra-

extraordinarii casus, aut orphanorum quaedam insolita eaque instantissima necessitas, misera item ac corporis ab omni vitae genere abhorrens constitutio, praenideri nunquam, sed euenire sane potest: dabimus operam, non obstante hac lege, ne quid in extraordinaria talium orphanorum cura iure desideretur.

c. Inter viduas orphanosque *sociorum*, ex capite *de classium proportione* ad beneficium ipsum transferenda, nullum unquam discrimen admitti debet, quia omnium eadem misera sors esse solet. Unice illud discrimen locum habebit, quod ex necessitatibus clientum & aequitate ipsa nascetur.

d. Tam orphani, quam viduae, quibus paulo laetior fortuna Dei munere contigerit, publicas nostras gratias merebuntur, si omni suo iuri, alias certo ac firmo, pauperiorum gratia renunciauerint.

§. 18.

Reliquum est, ut habita membrorum societatis nostrae ad institutum hocce aliquatenus relatione, aliqua etiam de *capacitate* clientum addamus. Ita vero habent:

1. Viri, qui intra limites *Senioratus* huius *Magno - Hontensis*, inclusa etiam ecclesia *Fako - Vezekényensi*, alias in comitatu Barsiensi sita, etiamsi paucis annis ecclesiae praesint,

ſint, morituri omnigenam viduabus orphanisque ſuis relinquent capiendorum inſtituti beneficiorum facultatem.

2. Illi, qui ex hocce noſtro *M. Hontenſi*, ad *alia ven. contubernia* ſe conferent, viduas orphanosque ſuos reddent hac ratione beneficiorum compotes.

a. Si poſt diſceſſum a nobis aliunde quoque porro ſuas ſymbolas mittere, atque ad emortualem annum uſque contribuere voluerint: viduas, orphanosque ſuos, in eandem cum noſtris conditionem ponent.

b. Si aliquot quidem annis, qua pars *Senioratus* noſtri fiſcum auxerint, neque tamen poſt exceſſum ſuum e ſocietate noſtra, ad inſtitutum mittere ſymbolas voluerint: pecuniam omnem, quam manente adhuc nobiſcum vinculo, ad inſtitutum depoſuerunt, recipere poſſunt; niſi ipſi eam viduabus orphanisque noſtris benevole memoriae cauſa donare velint.

§. 19.

Atque haec ſunt, quae viduarum orphanorumque noſtrorum gratia, ſancire voluimus, tenere decreuimus, & omnibus viribus, ut ne utilitate, quam ſperamus, careant, in vigore conſeruabimus. Neque tamen adeo rigidi harum conſtitutionum fuerimus propugnatores, quin, ſi quid adiiciendum, demendum, mutandumque in melius

us succeſſu temporis cenſeretur, modo id plurimorum fiat ſuffragiis, libenter admittamus.

§. 20.

Ceterum, etiamſi pactum hoc noſtrum, per ſe firmum, ſufficienterque valiturum eſt: tamen inclyti Diſtrictus noſtri Montani, tam *Magnificum ac Spectabilem Dominum ſupremum Inſpectorem*, quam etiam *Maxime reuerendum Dominum Superattendentem* perhumaniter rogamus, ut hocce inſtitutum noſtrum ratum habere, auctoritate ſua protegere, atque dignitatem vigoremque eius, praeſertim cauſis inſtituti maioribus, ſi quando, quod abſit, ad Eosdem deferentur, iuxta hic a nobis poſitas leges ex aequitate decidendis, viduarum orphanorumque gratia, promte ac conſtanter tueri dignentur.

Actum & concluſum in Conuentu I. ac. V. Contubernii M. Hontenſis, in F. Szemeréd; die 3. Febr. A. D. 1789. habito.

II.

INSTITUTUM

nouae ſocietatis veteris literaturae, in Comitatu Zolienſi.

§. 1.

Etſi is, qui in tanta noſtri aeui recentiſſimorum librorum copia, quibus, ut ita dicam, obtruditur rerum oblectationis, utilitatis, neceſſitatisque, cognitio, explicatio, demonſtratio, quae ante ſecula decem et tria ſcripta ſunt, legenda commendet, multis riſu magis, quam attentione dignus videtur: viri tamen ſolidioris eruditionis cupidi, qui lectione librorum ad genuinam rerum cognitionem peruenire cupiunt, ea, quae venerabilis antiquitatis literarum monumenta ſunt, non ſolum primo loco, ſed & diligentiſſime legenda, et cum recentioribus libris ſine intermiſſione conferenda eſſe, ultro lubentesque nobis largientur. Non eſt dubium in multis propius ad veritatem acceſſiſſe recentiores: verum id ipſum eſt, quod lectionem antiquiorum maiorem in modum commendat. Uti enim generis humani, ita ſingulatim uni-

us-

nscuiusque hominis sensim, id est, naturali ordine crescere debet cognitio; et qui loco imo incipere recusat, studiis humanioribus, nisi in vanum laborare velit, mature valedicat necesse est. Singulis calcanda est quadamtenus eadem via, qua viri doctrina celebres ad eruditionem, quam suspicimus & veneramur, peruenere; nec quisquam alias ad optatum in studio literario scopum prouehitur. Docile ingenium est humilis teneraque arbor impar ventis, qui eam exagitant, fulcro indiga, quo adiuta feliciter adolescit, ipsumque fulcrum superat.

§. 2.

Et quis ignorat, quamuis inuentis addere quidpiam minus sit negotii, quam ignota inuenire, multa recentiori aeuo ne hilo quidem aucta esse: unde perelegans Gellerti fabula de petaso nata. Hic schematice, ille mathematice, iste populariter proponit, quod dudum Plato & Aristoteles breuius & longe clarius explicuit. Fateamur, quod res est: in multis nostra aetas, est antiquitate inferior.

§. 3.

Quis post tot secula in Poësi Homero, aut Virgilio, in dicendo Demonstheni aut Ciceroni, in historiis scribendis Herodoto, Xenophonti, Liuio, Cornelio par est? Sunt haec antiquitatis monumenta omni attentione longe dignissima, non quidem, quod ante complura secula conscripta sint; sed

quod tot tamque eruditorum omnis aeui virorum iudicio, non ſolum ut magnis ſumtibus conſeruentur, ſed & poſteritati commendentur, digniſſima ſint viſa. Qui enim leuioris notae vixerunt auctores, etſi ſors aliquamdiu legebantur, ſcribis tamen, qui magno conducebantur pretio, tranſſumendi dati nequaquam fuere. Hos vero, quos bona fata ad noſtra uſque ſeruarunt tempora, lubentiſſime non modo deſcribi curarunt, ſed, modo genuina exemplaria haberi poſſint, iam olim literarum ſtudioſi etiam maioribus non parcebant ſumtibus.

§. 4.

Ptolemaeus Philadelphus XV. pignoratis talentis ab Athenienſibus Sophoclis & Euripidis & Aeſchyli libros, ut eos tantum deſcriberet & mox ſartos tectosque reſtitueret, accepit Qui cum deſcripti fuiſſent, opus, quod ipſe parauerat, pulcherrimis membranis inuolutum, non ipſos acceptos mutuo libros, Athenienſibus reſtituit, orans ut XV. talenta retinerent. Talenta haec, ſi, ut arbitror, Alexandrina erant, facile ſummam viginti duorum millium, & quingentorum Imperialium exaequant, quae pro his tribus auctoribus fuerunt numerata. Quis non potius his, tanti per tot ſecula aeſtimatis libris illud tribuat tempus, quod ei negotia publica, curaeque familiares relinquunt vacuum, quam ſcriptis, quae ſi ſemel legeris. ne pretio conductus amplius legere velis.

§. 5.

§. 5.

Sed id quoque non parum accendit cupiditatem legendi veteres, quod eorum lectione promtitudo de aliis libris recenter publicatis recte iudicandi comparetur. Qui enim lectioni horum assueuit: non potest non sensu inexplicabili interno actus, vel reiicere ineptum, vel probare, ultroque desiderare legendum perfectum absolutumque opus.

§. 6.

Nostra quidem aetate typographia adiuti longe minori pretio antiquissimos comparamus auctores: sed tamen, si rem familiarem uniuscuiusque nostrum consideremus, diffiteri nequimus, paucos esse, qui eos, quorum desiderio tenentur, redimere possint. Quare omnes ac singuli, qui assidua optimorum librorum lectione tempus bene collocare velint, atque literis ita fauent, ut earum studia & nunc et futuro tempore adiuuare cupiant; nihil profecto utilius suscipere possunt, quam si inita inter se societate literaria, singulis annis nonnullas pecuniarias contulerint symbolas, emendis optimis quibusuis auctoribus antiquis consecrandas. Est omnino serio cogitandum, quomodo nos nostrique posteri, hanc ad solidam eruditionem ducentem viam ingrediamur, quam calcando vicinarum prouinciarum literis dediti viri, nos longo praecedunt interuallo, & quorum vestigia premere nos hucdum fata aduersa prohibuerunt.

Equidem nihil magis in votis habemus, quam ut & alii ad noſtram accedant ſodalitatem, quae felicibus auſpiciis iam iam coaleſcit, ſequentibus innixa legibus:

LEGES
SOCIETATIS HUIUS.

I. A ſingulis ſociis annue *duo Rhenenſes floreni ſyndico* ſocietatis numerantor.

II. *Auctores ante finem ſeculi quinti* poſt Chriſtum natum publicati, quos ſodales deſiderauerint, & qui omnium conſenſu optimi fuerint viſi, a ſyndico comparantor.

III. Si *bibliothecae cuſtos* cui libri concrediti ſunt, munere ſuo publico defungi deſinat, ſyndicus ab eo libros praeſentes, & loco abſentium chirographa recipito; ſingulis annis vel ſemel bibliothecam reuideto; ſua item & aliorum conſilia ad bibliothecam ſpectantia, cum ſodalibus, epiſtola ad omnes exarata, communicato.

IV. Elapſo anno circa diem Epiphanias *Syndicus* ſociis, ut alium eligant innuere haud intermittito. Ab eodem rationes perceptae & erogatae pecuniae redduntor. Electo vero nouo *Syndico*, catalogus librorum, pecuniaeque, ſi quae fuerint traduntor.

V. Nouus *ſyndicus*, quidquid ab exacto perceperit, ſociis ſignificato.

VI.

VI. Libri comparantor, si non ex splendidissimis, certe ex optimis editionibus; graeci quidem & alii orientis lingua scripti, cum versione latina: latini vero cum, vel sine versione quapiam.

VII. *Compactor*, volumina corio inuoluito; atque in latere sinistro manui obiecto aureis literis extrinsecus, haec verba: *Ex bibliotheca Zolienſis societatis veteris literaturae. N. 1. 2. 3. &c.* inscribito.

VIII. Munus custodis bibliothecae huius continuis temporibus, scholae euangelicae Neosolienſis rectori defertor. Custodis officia ista sunto. Custos

1, accepto a syndico libro in pagina folii primi titulo oppositа, nomina sociorum eo ordine, quo ad societatem sensim accesserant inscribito; tempus, quo quis sodalium qualicunque fato societati fuerit ereptus, in volumine memoriali huic rei destinato, distincte adnotato, nec ultro nomen eius scribito;

2, sociis libros nonnisi erga chirographon exhibeto; remissos recipito; chirographon reddito;

3, ciuibus scholae Neosolienſis auctores singulos, ut mature ad genuinam eorum cognitionem perueniant ostendito; quorum quidem fatigiorum causa a numerandis annue Rhenensibus florenis duobus in perpetuum liber esto.

III.

SERMONES SACRI

hungarico idiomate denuo apud Sopronienſes dicuntur.

Poſteaquam urbis & gymnaſii Sopronienſis ciues, quibus lingua hungarica ſeu vernacula, ſeu familiarior ceteris eſt, deſiderium audiendorum etiam hungaricorum in aedibus ſacris ſermonum palam declarauiſſent: inclytus ac venerabilis conuentus eccleſiae urbis huius ultro lubensque voluntati eorum ſatisfacere cupiens, plurimum reuerendo viro, *Ioanne Erneſto Wilfingero*, eccleſiae eiusdem verbi diuini praecone, qui antea *Kapoltsini* hungarico praefuit coetui, ſponte operam ſuam offerente, decreuit, ut in poſterum publice in oratorio hungarica quoque lingua ſacri dicantur ſermones; iamque celebris *Wilfingerus*, XVI. Cal. Ian. anni ſuperioris ſacrum hoc opus feliciſſime auſpicatus eſt. Hungaricos ſermones ante ſeculum & annos duodeuiginti in eadem eccleſia in uſu fuiſſe, hiſtoria perhibet,

AP-

APPENDIX.

Primis *lineis*, libri ſcholaſtici uſibus popularium practico-oeconomicarum ſcholarum deſeruituri, eo ſine nobiſcum a celeberr. *Theſchedikio* communicatis, ut eas annalibus noſtris, iudicium lectorum, de iisdem expetituri, inſeramus, eo promtius in opuſculo hoc locum damus, quo magis in optatis habemus, ut *inſtitutum Theſchedikianum*, indies maioribus incrementis auctum, quamprimum ex omni parte perfectum adoleſcat.

I.

Meine Idee

eines Schulbuchs für größere praktiſch-ökonomiſche Landſchulen.

Eine Haupturſache der bisherigen elenden Verfaſſung unſerer Landſchulen, iſt der Mangel eines zweckmäßigen Lehrbuchs für Kinder der Landleute. Ich will die Mängel der bisherigen Schulbücher nicht rügen; ſie ſind jedem denkenden Kopf, dem einen weniger, dem andern mehr auffallend, je nachdem ſich dieſer oder jener mehr oder weniger im pädagogiſchen Fache umgeſehen, und darinn ſelbſt praktiziret hat. Tadeln kann noch wohl ein jeder, im Beſſermachen ſteckt die Kunſt!

Soll ein solches Schulbuch zweckmäßig abgefaßt seyn; so muß es nach der jetzigen Lage der Schulen in unserm Vaterlande gerade nur den Stoff enthalten, welcher der Fassungskraft der Lehrmeister, und der Lehrlinge so wohl, als der künftigen Lage, und muthmaßlichen Bestimmung der Kinder der Landleute angemessen wäre. Folglich muß es enthalten:

I. Für Lehrer besonders;

1, allgemein anerkannte Grundsätze zur Aufklärung und moralischen Bildung der Schuljugend;

2, faßliche evidente, und praktikable Regeln einer in allen Schulen anwendbaren Lehrart;

3, brauchtbare Grundsätze über die Behandlung jeder Disciplin;

4, bewährte Grundsätze über die Bearbeitung einzelner jugendlicher Köpfe;

5, bewährte Grundsätze zur Bildung der Landleute für ihr Fach; oder über die Natur der Volksführung.

Anmerk. Dies gehört eigentlich zu der Instruktion des Schulmeisters, zu welcher ich die Vorrede bestimmt habe, welche sodann besonders gedruckt, und nur den Exemplaren beigebunden werden soll, welche für die Lehrer bestimmt sind, um den Geldpreiß des Schulbuchs nicht zu erhöhen. Am besten wäre es, diese Vorschrift für die Lehrer, unter dem Titel eines Methodenbuchs herauszugeben.

II. Für Lehrer und Lehrlinge überhaupt, muß das Buch selbst Materialien des Unterrichts enthalten, und diese sind nach meiner Idee folgende:

Kap 1. Stoff zum Selbstdenken. Nicht nur bloß hingeworfener Stoff, sondern zuerst, einige

Bei-

Beispiele solcher Uebungen des gesunden Menschenverstandes im Beobachten, Aufmerken, Unterscheiden; sodann die Quellen solcher Uebungen, und zuletzt der Stoff.

Kap. 2. **Physische Erziehung.** Bedürfnisse des Menschen als Kind in der Jugend, im männlichen Alter, in grauen Jahren.

Anleitung zu den Kenntnissen der Natur, Beschaffenheit, Absichten, Wirkungen, Gebrauch der natürlichen Dinge. Welt, Erde, Himmel, Luft, Feuer, Wasser, Erscheinungen in der Natur, Pflanzen, Bäume, Thiere, Vieh, Mensch — um Vorurtheilen, und Aberglauben, frühzeitig vorzubeugen, sie auszurotten, und dem Menschen die ihm nöthigen Grundbegriffe beizubringen.

a. Anleitung zur bessern Kenntniß des Menschen. Bestandtheile, Anlagen, Fähigkeiten, und Anwendung derselben.

b. Anleitung zur Erhaltung der Gesundheit.

aa, Ursachen der Krankheiten.

bb. Regeln zur Vermeidung derselben.

cc. Verhalten in den Krankheiten.

dd. Hausmittel.

Kap 3. **Bürgerliche oder Politisch-ökonomische Erziehung.** Bedürfnisse des Landmanns.

a. Anleitung zu wirthschaftlichen Kenntnissen, Ackerbau, Wiesenbau, natürlicher und künstlicher Viehzucht, Gartenkultur, Bienenzucht, Seidenkultur, Weinbau.

b. Allgemeine Haushaltungsregeln, oder Grundsätze, worauf es bei allen Arten der Landwirthschaft ankommt, und hier sodann die Paralelle zwischen der alten, und neuen verbesserten Landwirthschaft.

c. Anleitung zur Kenntniß dessen, was recht und unrecht ist. Hier eine Sammlung der allgemein wissenswürdigen Gesetze unter dem Titel: Dorfordnung.

d. Anleitung zum Schreiben, Rechnen, Messen, Zeichnens Nothwendigkeit, Nutzen, aus interessanten Exempeln, welche Licht über alle Bedürfnisse verbreiten. Hier die Wirthschaftstabellen, Rechnungen, Quittungen.

e. Anleitung zur Kenntniß der Krankheiten, und Heilungsart des Viehes.

aa. Kennzeichen der Krankheiten.

bb. Ihre Ursachen.

cc. Heilungsart.

Kap. 4. Moralisch-christliche Erziehung. Bedürfnisse des Christen.

a. Anleitung zur Erkenntniß des Nutzens der Aufklärung nach den Bedürfnissen jetziger Zeit und Umstände. Schaden des Gegentheils der Unwissenheit, des Aberglaubens —

b. Anleitung zur Rechtschaffenheit, und guten Sitten. Hier Lebensregeln nach den verschiedenen Ständen, als Schüler, Knecht, Magd, Wirth, Vater, Mutter, Vormund, Nachbar, Unterthan, Obrigkeit, Soldat, Handelsmann, Künstler, Fabrikant, — Armer, Reicher, Fremdling, Bettler. — Denn die Schule soll eine Bildungsanstalt für das ganze Leben seyn. —

c. Anleitung zur Religion. Skizze dieser Anleitung. Was hast du als Kind, im jugendlichen, männlichen, grauen Alter, als Knecht, Magd, Wirth, Vater, Mutter, Unterthan, Obrigkeit — gesund, krank — für Bedürfnisse? Von wem hast du die Befriedigung aller dieser Bedürfnisse zu erwarten? wie erhältst du sie? Durch was für Mittel? wer hat diese Mittel verordnet? wer giebt? wer erhält, wer lenkt, wer regiert sie? Wie ist dein Verhalten in Rücksicht auf diese Mitteln? wie soll? wie wird es seyn? — Hier Tugendlehre nach der Bibel.

d. Kurze Geschichte der Religion pragmatisch behandelt

Kap. 5.

Kap. 5. Gespräche über die Natur, die Religion, die Landwirthschaft, die Gesundheit, die Krankheiten, — über das Einverständniß der Eltern, und Lehrer in der Erziehung der Kinder.

Kap. 6. Witterungslehre.

Kap. 7. Schulgesetze, Polizey, Schulpolizey, Dorfpolizey, Landespolizey.

Kap. 8. Volkslieder, für alle Jahrszeiten, und Arbeiten.

Kap. 9. Bildung der Jugend schon in der Schule zur Industrie a. Dringende Ursachen. b. Nutzen c. Art des Verfahrens. Praktisch-ökonomischer Unterricht. Proben. d. Arbeiten für alle Jahrszeiten.

Kap. 10. Kinderspiele z. B. das Fragspiel, Geographischesspiel, Produktenspiel.

Kap. 11. Gemeinnützige Anstalten zum Besten der Landleute; z. B. Dorfordnung, Feuerlöschanstalten, Assekurationskasse, Armenhaus, Polizeyhaus, Getreidedepositorium, Intelligenztafel, Bothenwagen, Pachtwirthschaft, besonders aber alle durch die neuesten Landesverordnungen intendirte gemeinnützige Anstalten.

Kap. 12. Sprachkunde.

Beobachtung bey der Ausarbeitung.

1. Bei jedem Kapitel, wird eine kurze historische Einleitung vorangeschickt.

2. Das wesentliche der Sache, nebst den Quellen und Hilfsmitteln, wo man von der Sache ausführlichen Unterricht suchen soll, und finden kann, wird angezeigt.

3. Historien, Beispiele, welche die ganze Sache erläutern, annehmlich und interessant machen, werden angeführt.

4. Bey

4. Bei jedem Kapitel, wird das benutzt, was die von der Kays. Königlichen Hof-Schul-Kommission schon genehmigten Normalbücher Gutes enthalten; die Lücken hingegen werden mit nützlichen Sachkenntnißen ausgefüllt.

5. Bei jedem Kapitel, wird zuerst auf das Nothwendige, sodann auf das Nützliche, und zuletzt auf das Angenehme und Schöne Rücksicht genommen. Bei jeder Materie, ja nicht System (denn das ist über die Fassungskraft des Bauernkindes,) sondern praktische Grundsätze, deren Richtigkeit durch die Ausübung schon bewährt ist, und bewährt werden kann. Nicht den Weg der subtilen Spekulation von den abstrakten Ideen weit herholen; nicht auf Hypothesen, und besondere Meynungen sich einlaßen, — nein — sondern historische data, von dem, was geschehen ist, täglich geschieht, und geschehen kann, klar, deutlich, populär an die Hand geben, die zur Ausführung brauchbar sind, und dem Zweck ganz entsprechen.

6. Bei jedem Kapitel muß darauf gesehen werden, damit durch das vorgetragene der Lehrling

a, Vorurtheile, Irrthümer, vorgefaßte, gelehrte, und Volksmeynungen, schädliche Gewohnheiten, Täuschungen, falsche Maximen, kennen, und vermeiden lerne, die in und außer der Schule, seiner Sittlichkeit, Gesundheit — und ganzen Wohlfahrt gefährlich sind. Vor diesen Tyrannen muß daß Schulkind sorgfältig verwahrt werden;

b, Richtige und bewährte Grundsätze, in jedem Fach bekommen.

c, Zu dem Geschäfte, das er als Landmann, (Handwerker) treiben soll, treiben wird, und treiben muß, vorbereitet werde.

Quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re,
Dise.

Persius.

d, Lust und Trieb bekomme, als ein geschei-
ter, aufgeklärter, gewandter, reger, und strebsamer Landmann das Seinige zu thun, mit Freuden und Nutzen zu thun;

e, Die ihm unentbehrlichen Hülfsmitteln kennen lerne, welche ihm sein Geschäft erleichtern, nützlicher machen, und ohne welche er in der Folge nachtheilige Schritte machen, und stolpern müßte.

7. Bei Bearbeitung jeder Materie, muß auf die neuesten K. K. Verordnungen so Rücksicht genommen werden, damit der Lehrling solche recht verstehen, und ihre ausgebreitete Nutzbarkeit einsehen lerne. So wird sich Licht im Kopf des jungen Landmanns verbreiten, und Lust, Trieb, Vermögen wird im Herzen keimen, wachsen, blühen, und reif werden, das zu unternehmen, was er ohne diese Lehren nie unternohmen hätte, und nie unternehmen kann.

8. Dieses Buch soll dem Schulkind, wenn es aus der Schule ins gemeine Leben eintritt, als Haus: und Handbuch dienen, zu welchem es durch seine Geschäfte, durch seine Schikfale, durch den Anblick der Natur, durch seine Bedürfniße — wieder zurückgeführt werde; und dessen Grundsätze, Lehren, und Maximen sich unvermerkt von den Eltern auf die Kinder verpflanzen, und so auf alle Stände, Bedürfniße und Geschäfte verbreitet werden.

Samuel Theschedik
Volkslehrer und Schulvorsteher zu Szarwasch in der Bökeschen Gespannschaft.

II.

II.

LIBRI NOUI

proxime in lucem prodituri.

---

1. Vir admodum reuerendus, *Ioannes Kortsek*, Nyustensis in prouincia Kis-Hontensi verbi diuini minister transfert in sermonem bohemicum, *Sturmii* insigne, & populo cumprimis dedicatum opus: Betrachtungen über die Werke Gottes im Reiche der Natur und der Vorsehung auf alle Tage des Jahres, quod utinam quamprimum lucem conspiciat publicam.

2. Venerandi viri, *Martinus Klanitza*, & *Matthias Schulek*, (hic Taxouiae, ille Köuinii sacrorum euangelicorum A.C.V.D. minister,) eximio labore circa illustrandam ecclesiasticam patriae nostrae historiam, occupantur.

3. Prodibit etiam propediem exoptatum opusculum in lucem, sub titulo: Spoluſhromaždění, nekteřjch mrawnjch wěcy, obzwláſſtně k dobrému wychowáwánj djtek, cuius auctor est vir admodum reuerendus, *Stephanus Deluck*, Atsae in comitatu Pestano verbi diuini praeco.

4. Liber scholasticus sub titulo: Anleitung zur gründlichen Erkenntniß der christlichen Religion, auctore viro plurimum reuerendo, *Ioanne Georgio Fockio*, Superattendente Viennensi, proxime praelum relinquet. Cum literatissimum auctorem ita in

hoc

hoc opere verſatum fuiſſe intellexerimus, ut neque temerariis nouaturientium auſibus indulgeret, neque veſtigia veterum rigide premeret: non poſſumus palam profiteri, nos laboris huius noui, magno teneri deſiderio.

III.

LIBRI QUAERUNTUR.

1. Biblj čeſké djl ſſeſtý, totiž nowý Zákon w nowě wydaný. L. P. 1593. (non 1601.)

2. Matthaei Collini de Synodis Ultraquiſtarum. 1574.

3. Welmi pěkná Kronika o vrozeném a ſtatečnem Kytjri Janowi Žižkowi. 1564.

4. Tobiaſſe Maſnicyuſa Zpráwa pjſma Slowanſkeho w Lewoči. 1696.

Eum, qui unum alterumue librorum horum venalem poſſidet, amiciſſime rogamus, ut ea de re, aeque ac de pretio, typographum noſtrum *Sulzerum*, virum generoſum, vel venerandum *Ribbayium*, Czinkotae, in vicinia urbis Peſtienſis verbi diuini miniſtrum, literis quamprimum certiorem reddere velit.

IV.

Supplementa ad tomum I.

Aequum eſt, ut errores qualescunque, ſiue illos nos ipſi deprehenderimus, ſiue eos alii nobis amice indicauerint, promte emendemus. Ipſi enim nos nihil magis in optatis habemus, quam

ut

ut annales noſtri quantum quidem fieri poteſt, perfectiores indies reddantur.

Pagina 33. lin. 18. loco *calligraphia*, legendum *caligraphia.*

pag. 50. lin. 28. *Végles - Hutta*, *Kriuány*, & *Diuény*, non ſunt eccleſiae Nagy - Szalattnenſis affiliata. Primum locum meri inhabitant Romano - Catholici; alter, eſt diuerſorium ſaltim, in quo caupo cum familia aeque R. Catholicus eſt; tertius vero in comitatu ſitus eſt Neogradienſi, poſſeſſioni Dobrots maxime vicinus.

pag. 52. lin. 14. loco *Balass*, legendum, *Paulus Balaſſi.*

pag. 58. lin. 19. loco *Korpás - Várbok*, legendum, *Nemes - Várbok.*

pag. 65. lin. 13. loco *Bakuriny*, lege *Bakulini*

pag. ead. lin. 20. loco *Gabel*, lege *Gaber.*

pag. 69. lin. 6. Non *Kis-Sztraczén*, ſed *Nagy Sztraczén* gaudet oratorio & turri.

pag. 142. lin. ult. loco *nec conſiliis*, lege *ſi nec conſiliis.*

IN-

INDEX.

Praefatio: *Pag.* III.

I. Nonnulla Excelſi Conſilii Regii Locumtenentialis Hungarico-Aulici *Intimata* ad rem euangelicam ſpectantia.

1. Intimatum XII. Febr. MDCCXCIII. ad uniuerſos Regni Hungariae comitatus emanatum. 7

2. Ad perilluſtrem dominum, *Georgium Tokody*, Regium ſtudiorum per Diſtrictum literarium M. Varadienſem Pro-directorem. 10

3. Ad *ſenatum ciuitatis liberae*, regiae ac montanae *Neoſolienſis*. 12

4. Ad I. ac V. Auguſtanae Confeſſionis *montanam Superintendentiam*. 13

II. Ratio inſtitutionis ſcholae Auguſtanae Confeſſionis Schemnicienſis. 14

III. Examen ſcholae Neoſolienſis. 17

IV. Conſpectus eccleſiarum A. C. earumque verbi diuini miniſtrorum, cantorum, organoedorum; ſcholarum item, harumque moderatorum I. ac V. *diſtrictus montani*. 23

4. Senioratus Barſienſis. 23

5. Senioratus Peſtanus. 26

6. Senioratus Békes-Arad- & Temes-Torontalienſis. 32

7. Senioratus Bacsienſis. 37

V. Cata-

V. Catalogus ecclesiarum euangelicarum A. C. earum verbi diuini Ministrorum, cantorum & organoedorum; scholarum item, harumque moderatorum, *Silesiae Austriacae.* 40
VI. Mortes virorum doctorum. 48
VII. Vicissitudines muniorum ecclesiasticorum. 50
VIII. Recensiones librorum. 60
IX. Epistola anonymi Schemnicienſis XVIII. Cal. Maii ad nos exarata argumenti liturgici. 99
X. Memorabiliores euentus. 104
1. Ratio instituti ad subleuandas viduas orphanosque verbi diuini Ministrorum A. C. addictorum in ven. contubernio Magno-Hontensi, Anno Domini MDCCLXXXIX. publice recepti. 104
2. Institutum nouae societatis veteris literaturae in comitatu Zolienſi. 128
3. Sermones sacri hungarico idiomate denuo apud Sopronienſes dicuntur. 134
Appendix.
1. Meine Idee eines Schulbuchs für größere praktisch-ökonomische Landschulen. 135
2. Libri noui proxime in lucem prodituri. 142
3. Libri quaeruntur. 143
4. Supplementa ad tom. I. 143